ALEXANDRI STIATICI

DEFENSORIAE REPLICATIONES PRO D. HYPPOLITO MORBIOLO,

CONTRA QVAERELLAS ROMVLI DE GARGIARIA.

Ego frater Antonius Bald. Forliuiensis Inquisitor Bononiæ, concedo, ut suprascriptæ defensoriæ replicationes contra quærellas Romuli de Gargiaria D. Alexandri Stiatici, imprimi poßint, & in lucem dari.

Cum Licentia R.D. Scipionis Venerei curiæ Episcopalis Vicarii.




BONONIAE.

Apud Ioanem Rubrium, sub insigne Mercurii.

MDLXV.

AD LECTOREM.



OMINEM *hominï insidiari nefas esse Florentinus Iurisconsultus nobis scriptũ reliquit, ea scilicet ratione, quòd inter homines cognationem quandam natura constiutisset: inde ducimus, hoc, iure naturali proditum esse: à quo haud multum distat, quod in canone legimus: homines nempè sese mutuò diligere debere, quandoquidem omnes proximi sint, & eiusdem naturæ participes. Sed quid inter leges, & canones ulteriores sententias quæritamus? Non'ne præceptum illud Dominicum, & ex ore Saluatoris nostri promptum habemus: ut diligat Christianns homo, proximum suum sicut semetipsum? Unde consequens est, ut constet insidiari hominem homini ullo iure non licere; Hincq; necessariò sit concludendum, eos, qui secus agunt, omnes omnino leges diuinas scilicet, naturales, canonicas, & ciuiles transgredi: quod multo magis censendum est, ubi quis proximo, amore uindictæ, & non Zelo iustitiæ, nocere studet: isq; rursus in deterius ruere iudicandus esse uidetur, qui cumulandarum opum causa, alium concussionibus illatis, & timore ei quodam impresso à iuris sui prosecutione pellere nititur: non animaduertens illud, quod Vas electionis dilucidè protestatus est, dum inquit: qui uolunt diuites fieri, incidunt in laqueos diaboli, & iu uarias tentationes huius seculi: nudi enim in hunc mundum uenimus, & nudi hinc eggrediemur iuxta illud Prophetæ, Ne timueris cum diues factus fuerit homo, & cum multiplicata fuerit gloria domus eius: quia cum interierit, non sumet omnia, neque descendet cum eo gloria eius. Melius est enim bonum nomen,*

quàm diuitiæ multæ: Quid quæso homini prodesse potest, si totú mundum lucretur, animæ uerò propriæ detrimentum patiatur? difficilius certè intrabit diues in Regnum Cælorum, quàm Camellus per foramen acus. nam ex M. Varronis sententia, uita hominis bulla est, & ut inquit Propheta, homo, sicut fœnum dies eius, tanquàm flos agri sic efflorebit: ut quid tanta sollicitudo uitæ, honori, & facultatibus proximi insidiantes, & cum maximo labore incommodo, & dedecore illum persequentis? Nempè credere eum oportet, qui alium insequitur: nequaquàm quiescere posse: Pro comperto quoque est habendum, iam non esse obliteratam, euulsam'ue è mentibus proborum, & honestorum ciuium nostrorum, illam admodum politicam, honestam, æquam, & inueteratissimam opinionem scilicet, delatores curiæ criminalium causarum, & offensionem aliorum procurantes, maximam incurrere notam: atq; id ideò magis, cum ciuiles, in criminales, per quandam metamorphosim parum de iure suo confidentes, facilè transformant. Si igitur Deú, & homines uereri, ac honori proprio parcere uolumus ab huiusmodi delationibns, & persecutionibus nobis abstinendum est, ne quando irascatur Dominus, & pereamus de uia iusta. Tu autem lector bone, benè uale, me ama, ac boni consule, & rectè iudica, iterum uale.

In Christi nomine amen &c.

MAGNIFICI DOMINI.



VLTA scripta fuerunt per istos de Gargiaria contra Dominum Hyppolitum Morbiolum uirum innocentem, & ex bona agnatione, ac bonis parentibus ortum, quæ non sunt uera in facto: & iure sustineri non possunt: cum sint cotra ueras, & communes conclusiones doctorum: ut ex infrascriptis apparebit.

SVMMARIVM.

1 QVANDO disputatur super veritate alicuius entis: non potest pars illud pro se adducere in argumentum certum.

2 Et hoc maximè procedit in iudicijs.

3 Lite pendente res dicitur dubia.

ET PROSEQVENDO ordinem scriptorum per illos. In primis dum dicitur testamenti falsitatem fuisse legitime probatam: Respondetur hoc esse falsissimum, quia nedum non est probata: sed in æternum probari non poterit; ex quo illud est verum, & nulla in eo interuenit falsitas: & de hoc nunc disputamns. quo fit, vt istud non posit præsupponi pro certo & firmo: vt totiens facit iste Ser Ferrantes, seu quisquis fuerit auctor illorum scriptorum: cuius stilus iam satis cognitus est.

1 Perq̃ vulgatissimũ enim est in palatijs, & in scolis, † quod quando inter partes disputatur super veritate alicuius entis, illud non potest aliqua partium pro se in argumentum cer-
2 tum adducere. Et † hoc magis procedit in iudicijs, quia cum
3 volumus significare rem esse dubiam, dicimus † adhuc sub iudice lis est.

Et ex hac consideratione cessant multę cóclusiones ex aduerso in dictis scriptis factæ, fundatæ super illo præsupposito, videlicet, quod dictum testamētum sit falsum, quæ cessante fundamento corruunt.

SVMMARIVM.

1 Testis certitudinaliter nó deponens, non dicitur de necessitate concludere.

2 Testis dicens se non recordari, non reprobat instrumentum.

3 In crimine falsi ad reprobandum instrumentum, & maximè testamentum, probationes debent de necessitate concludere magis, q̄ in alijs criminibus.

SECVNDO. Dum nititur ille auctor ostendere assertam falsitatem plenissimè fuisse probatam per illos duos testes descriptos pro cognitoribus in dicto testamēto, qui secundum quod refert ipse, examinati deposuerunt se aliter non cognouisse illam testatricem, & quod si notarius aliter scripsit, mendacium scripsit. Ego dico, quod nó est verū in facto, quod illi duo testes, qui sunt illę frater Modestus, & Io. Baptista Gratianus aliquid certitudinaliter deponant super cognitione dictæ testatricis, sed dicunt se non recordari, & quod posset esse, & dubitatiue loquuntur; immo Io. Baptista expresse dicit se illam cognouisse in domo Hyppoliti, quo
1 fit † vt non concludant eorum dicta de necessitate aliquam falsitatem fuisse commissam circa descriptionem dictorum cognitorū in dicto testamēto, & videlicet ꝙ ipsi testes nó dixerint se cognouisse, & cognoscere dictā testatricem, cum dicant se non recordari fuisse de hoc a notario interrogatos.
2 Nam † testis dicens se non recordari nó reprobat instrumentum: vt late per Boss. in titulo de falsis pagina 346. col. 6. nu. xj. versiculo fateor quod si dicant se nó recordari &c. & per alios alias per me citatos in mea informatione in versiculo testis autem qui dicit &c. pagina 23. ad quam me remitto: & addo nunc Iason. in consi. 124. in primo vol. col. 3. sub nu.
3 4. versic. 2. & adhuc notabilius &c. Et † in isto crimine ad reprobandum instrumentum, & maxime testamentum, probationes debent de necessitate concludere, vt alias dixi: & late cóprobaui in dicta mea informatione in versiculo Quia huic obiectioni &c. ibi & sic dictum ipsius testis &c. pagina 24.

24. Quibus nunc addo Gram. in consi. criminali 30. nu. 2. cũ seq in 2. col.

Et ad quæ dicta per me, & allegata in dictis locis non fuit aliquid responsum, nisi quod fuit negatum, quod dicti testes ita dicerẽt, & dubitatiuè, ac dubiè, & incertè deponerẽt, pro ut ego rettuli, sed vera esse per me relata de facili cõstare potest in processu, & in foleis per me sigillatim citatis in locis prædictis, & infra latius dicetur.

SVMMARIVM.

1 Ad reprobandum testamentum, nõ procedit illa opinio, ꝙ instrumentum reprobetur per duos testes instrumentarios.

2 Regula, ꝙ in criminalibus testes debent esse omni exceptione maiores, fortius procedit in crimine falsi.

3 Vbi maius inest periculum, ibi cautius est agendum.

4 Vbicunque lex requirit aliquã qualitatem, illa qualitas omnino probari debet.

5 Et alias non posset quis obtinere secundum communem opinionem Doctorum.

6 Testis nõ potest dici approbatus in testamento, in quo partes non interueniunt, prout in contractibus.

7 Rogitus testatoris nõ operatur, quin testes possint repelli.

8 Quamuis iudex admittat clericum, vel religiosum in testem in causa criminali, in qua agitur de pena sãguinis, & illum non repellat, tamẽ non valet eius dictum.

9 Sacerdos & religiosus est inhabilis ad testificandum in causa criminali, in qua agitur de pena sanguinis & capitali.

10 Non probat hoc esse, quod ab hoc contingit abesse.

11 Licentia superioris religiosi debet eius examen præcedere.

12 Et omissio licẽtiæ huiusmodi vitiat actum, cum religiosus non habeat velle, nec nolle.

13 Deponens in causa criminali, in qua agitur de pena sanguinis, & capitali, non potest promoueri ad sacros ordines.

14 Clericus non potest scribere, & authẽticare dicta testium in causa criminali, in qua de vita hominis, vel de sanguine agatur.

15 Clericus testificando in criminalibus incurrit irregularitatem.

16 Statutum Bonon. nõ arctat notariũ ad perscrutandum, an illi qui dicũt se cognoscere testatorem, verè illũ cognoscant.

17 Sufficit ex dispositione statuti, ꝙ testis dicat se cognoscere testatorẽ.

18 Mille testes singulares non probant nisi quantum solus.

19 Testes inhabiles in casu necessitatis, & in subsidium admittuntur, quando agitur de probãdo aliquod factum, quod de sui natura, actu, & habitu aliter probari non possit, q̃ per dictos testes inhabiles.

20 In facto longinquo, etiam ꝙ non sit intricatum, plus creditur instrumẽto, q̃ testibus.

21 Ex temporis diuturnitate testes consueuerunt variare fidem.

22 Quando habitu, & cõmuni cursu, de aliquo facto possunt alij testes haberi, licet non habeantur actu, tūc ad plenam fidem non recipiuntur testes non integri.
23 Dicens testes inhabiles admittēdos esse in casu necessitatis in subsidiū debet probare, ꝙ aliter veritas haberi non possit.
24 Et non facta tali probatione tales testes non debent admitti.

TERTIO. Non obstat, dum dicitur, quod iuris clara conclusio est, quod instrumentum reprobatur per duos testes instrumentarios, & quod hæc est cõmunis opinio: vt ait Cur. consi. 55. &c. Quia respondetur quod posito sine veri præiudicio, ꝙ illa opinio esset vera, & cõmunis quod tamen non fateor, cum in eo articulo habeantur septem opiniones diuersæ; quas refert idem Cur. in prima addi. posita per eum in fine dicti consilij ex aduerso allegati; attamen (vt
1 ipse ibi tenet) † ad reprobandum testamentum nō procedit illa opinio. Vnde videtur dici posse, quod, aut dictus scriptor non habet dictam additionem in suo libro, aut illam videre noluit, vel data opera tacuit.

Præterea, vt alias dictum fuit in alijs meis allegationibus
2 † licet testes regulariter in criminalibus debeant esse omni exceptione maiores: hoc fortius procedit in isto crimine
3 magis præiudiciali; quia † vbi maius periculum, ibi cautius est agendum c. vbi periculum, de elect. in 6. & hanc conclusionem in terminis tenet Ias. in consi. 124. 2. col. parum ante finem in versiculo Sed ad illud obiectū &c. in primo vol. vbi inquit, hoc fundamentum esse verissimum in hac materia, & idem Ias. in consi. 153. col. penul. in versicul. Accedat, prope finem dicti vers. & melius Anch. iun. in sua quæst. famil. 71. in initio, vbi allegat tex. in l. optimam C. de con. & cõmi. stip. Et hoc vltra alios aliàs per me adductos in dicta mea informatione pag. 19. vbi etiam dixi: ꝙ isto casu debuisset articulari, & probari de necessitate, eos esse tales, & allegaui plures Doctores in lecturis & consilijs.

Nec obstant dictæ conclusioni per me positæ ibi, de allegatione & probatione dictæ qualitatis facienda; adducta in contrarium in secunda responsione partis aduersæ, in versic. Nec etiā obstat num. 17. vbi dicitur per partem aduersam, ꝙ istud non est firmum de iure, & allegantur nonnulli tenentes contrarium, & subditur, ꝙ in casu nostro statutum nō alterat dispo-

dispositionem legis, quia respōdetur, quòd forte pars aduersa non aduertit ad tex. in l. optimam C. de cont. & cōmitten. stipula. Qui in terminis reprobationis instrumenti loquitur & requirit testes vndique idoneos, & omni exceptione maiores, & sic qualificatos: quo casu nullus negat, nec salua veri-
4 tate negare potest † quin requiratur probatio qualitatum huiusmodi, ex quo lex non contentatur de testibus simplicibus, sed vult illos esse qualificatos: vt in illo textu, quem ad hoc expendit Anchara. in loco prædicto, & ante eum D. Ias. in d. consi. 124. col. 2. in fin. Et ita tenent doctores aliàs allegati, & vltra illos nouiter dico, quòd idem tenet Mars. sing. 187. incipiente qualitas, & Soci. senior clarè & optimè loquens consi. 274. in 2. vol. in causa Dominæ Lisiæ, col. antepen. & Petrus de Moncada Hispa. in sua addit. quam fecit ad tract. de testibus D. Io. Crotti. nu. 392. versic. decimo quæro &c. vbi respondet Curtio in dicto tract. & eandem opinionem & practicam sequitur, & necessariam attestatur Ias. in d. consi. 153
5 col. pen. dicens † quòd aliàs non posset quis obtinere, allegando textum in d. l. optimam, post Angel. quem dicit, ita singulariter dicere ad litterā in vulgato §. si quis neget l. primæ. ff. quemad. testa. aperiantur, & vt latius ibi per eum. Eandem etiam tenuit Dec. consi. 37. col. 4. sub nu. 8. ibi & quando testes, & Carerius in practica criminali pag. 124. & 125. & Cephal. consi. 32. nu. 20. & consi. 65. num. 53. & 54. & Bertran. in cons. 238. col. 6. nu. 19. & 20. Et sic ex deductis hic, & in dicta informatione apparet, quod ista est cōmunis opinio, quod magis, atque magis constare potest ex deductis etiam per Mars. in l. si quis ne quæstio col. mihi. 27. in versi. Nam quotiescunq; statutum, seu lex disponit in aliquo casu &c. ff. de quæst. vbi infinitos Doctores pro hac conclusione allegat: licet aduersarius inaduertenter pro se illum allegauerit, vt apparet in dicta secunda sua informatione nu. 17. Et Barba. in illo consi. 29. ex aduerso allegato admodum frigidè & mutilatè loquitur: & quodāmodo per transenam, non examinando articulum, itaquòd de eo non est curandum: & idem dicitur de Fely. in allegato capitulo cum Ioan. de fide instrumentorum.

Minusq; obstat dum dicitur, quòd illi testes sunt instrumētarij, & necessarij à partibus & testatore approbati, & rogati,

& q̃ cẽsentur facti habiles,taliter quod semel approbati &c.
6 Quia dicitur esse aduertendum † q̃ non sumus in contractu, in quo partes aliquæ considerari posint; sed sumus in testamento, in quo neque hęres,neque notarius rogarunt testes, sed ipsa testatrix,prout ipsa illos rogare debebat,&nõ alius; & ideo cessat illud, quòd iste hæres institutus contra quem agitur in præsenti causa, dicatur approbasse illos testes, & pro hac opinione videatur Anch.Iun.in præallegata quæstio ne 71.nu.2. per totum numerum quintum; Et differentiam esse in hoc inter testes adhibitos in cõtractibus, & adhibitos in testamentis; Et hanc opinionem indubitanter procedere
7 in testamentis. & † q̃ rogitus testatoris non operetur, quin posint repelli,tenet Bosi.in tit.de falsis pag.352.nu.44. per totum numerum 46. subdens, & ita non decipieris à Fely.& alijs,qui videntur, vt dixi,aliter sentire, scilicet q̃ in instrumentarijs: nõ sit necessarium,vt sint omni exceptione maiores. Hæc sunt verba illius in loco præallegato nu.47.

Et prædicta eo magis procedunt quo ad personam illius fratris Modesti,quem dictus Hyppolitus nõ poterat,nec possset approbare si millies voluisset & vellet taliter, vt posset admitti,& examinari in ista causa, attento q̃ canõ illum repellit, contra cuius interdictum dictus Hyppolitus dispensare nõ potest;vt est clarisimum:& tenet Nata in consi.394.
8 in 2. Thomo in col.2.in fi.† q̃ & si iudex talem admiserit, & non repulerit,non valet eius dictum.

Nec obstat etiam quod dicatur dictum fratrem Modestũ reputari omni exceptione maiorem propter qualitatem reli
9 gionis & sacerdotij; quia dicitur, † q̃ immo tales qualitates illum inhabilem reddunt in ista causa criminali,in qua (secũ dum partem aduersam)de pœna sanguinis,& capitali agitur; Vnde canon isto casu interdicit, ne admittatur ad testimonium contra laycum d.cap. testimonium alias allegato, cui non fuit sufficienter responsum: sed per quædam subterfugia,dicendo,q̃ hic aliter veritas haberi nõ posit,de quo infra dicam aliquid:Cum in primis intendam ostendere,q̃ adducta ex aduerso in hoc,ponderando illud q̃ sit religiosus,& q̃ cẽseatur omni exceptione maior, nihil valent. Allegatur enim attestatio Iacobi Aegidij in tract. suo de reprobatione testiũ nu.4.vbi in effectu dicit,quod fratres minores, & prædica-

dicatores ſunt omni exceptione maiores,& ꝙ non eſt veriſimile ꝙ deierēt, vel ſupprimant veritatem; Et pro iſto ſuo dicto nihil allegat,ſed ſine lege,& canone loquitur,ſed ego allego contra illum Specula. longe maioris auctoritatis in titulo de teſte.§. j. verſ. item excipitur quod eſt monachus: vbi dicit de iſtis nonnulla quæ ibi videri poſſunt. Ergo ſequitur ꝙ non eſt verum neceſſario ꝙ ſint omni exceptione maio
10 res. Et ſic † non probat hoc eſſe quod ab hoc contingit abeſſe iuribus vulgaribus: Et ideo remanemus in hoc; quod ex quo lex requirit teſtes,ita qualificatos, vt ſupra d.l.optimam: iſta qualitas etiam in illis probanda fuit per prædicta.

Quinimmo dato (ſine veri præiudicio,& nō tamen cōceſſo) ꝙ deciſio Iacobi Aegidij, de qua ſupra, eſſet vera, tamē loquitur, quando interuenit licentia ſuperioris ipſius religioſi, vt expreſsè dicit ibi (licentia prælati habita) & ita loquitur Speculator vbi ſupra, & tenet Fely. in c.cum nuntius col. 2.
11 nu.3.de teſtibus, dicens † omiſsionem dictæ licentiæ vicia-
12 re actum, cum † debeat præcedere, præſertim in religioſo, qui non habet velle, nec nolle etiam quo ad validitatē actus: idem voluit Aret.ibi, & Socy.in conſi.17.col. vltima, primo vol.quem ſequitnr Boſsius in titulo de oppoſitionibus contra teſ.pagina 450.nu.92. Item poſſet dictum Iac.Aegidij procedere in cauſa ciuili, vel forte in alia, in qua lex non exigeret teſtes ita qualificatos, prout exigit in caſu noſtro d.l.optimam per prædicta quæ non repeto.

Quamuis in cauſa ſanguinis & capitali (vt prætenditur ex aduerſo eſſe iſtam) hæc diſputatio nō ſit neceſſaria, quia nullo modo debet poſſe interuenire religioſus ad teſtificandū, argum. tex.in c.ſentētiam ſanguinis.§.primo ne cle. vel mo.
13 cum ibi not.per doctor. vbi Abb.dicit in prima col. in fine † ꝙ ille non poteſt promoueri ad ſacros ordines, qui eſt teſtis in tali cauſa: allegat tex.in c.primo, quinquageſimaprima diſtin.vbi glo.in verb.ad ſacerdotium, quæ expreſſe dicit, ꝙ nō poteſt eſſe teſtis in tali cauſa: allegat c.teſtimonium xj.q.2.& ita in indiuiduo tenet Lancilot. Conradi in ſuo Breuiario in lib.primo cap.9.de prætore pag.106.nu.17.

14 Immò dicunt doctores in d. c. ſententiam, ꝙ † nec poteſt clericus ſcribere,& authēticare dicta teſtium in cauſa criminali, in qua de vita hominis: vel de ſanguine quouis modo,

(puta

(puta de mutilatione membri) ageretur:vt prętēdit pars aduersa ꝙ hic agatur, vt apparet ex processu, & ex suis allegationibus. Et ad hæc omnia videatur omnino Nata in consil. 394 in 2.thom.col.j.& sequētibus,& per totum dictum consilium,vbi multa dicit,& in terminis in causa falsitatis loquitur; & etiam videatur omnino Foler.in sua pract.crimin.canonica,pag. 112.num. 12.qui dicit,ꝙ in hoc casu,clerici non compelluntur etiam coram iudice, qui est de temporali iu-
15 risdictione ecclesiæ † quoniam testificando in criminali incurrerent irregularitatem,allegat dictum cap.testimonium; Ex quo infertur,quod eo ipso, quod frater Modestus sponte accessit ad testificandum in ista causa, effectus fuit irregularis,& sic criminosus:vnde ei nō est credēdū in aliquo. Ad qđ est decisio Speculatoris in tit.de teste.§.pr.vers.item ꝙ est criminosus &c. & Gram.in consi.26.nu.25.inter criminalia.

Nec obstat, ꝙ dicatur,ꝙ & si dictus frater Modestus sacerdos,& religiosus,& Io.Baptista Gratianus alius testis,pro cognitore descriptus, alias essent inhabiles; tamen in subsidium potuerunt admitti; ex quo veritas illius facti ,videlicet an cognoscerent tunc testatricem nec ne, per alios testes haberi non potest; quia nullus præter ipsos potest hoc scire, cum sit res quæ consistit in intellectu,& conscientia eorumdem tantum. Quia respondetur; quod hic est magna fallacia,& propterea dicitur esse aduertēdum,quòd notarius nō scripsit in dicto testamento, tanquā ex se, & ex sui scientia, quod dicti frater Modestus, & Ioānes Baptista cognoscerent testatricem;sed quòd illi dixerunt,& asseruerunt se illam cognoscere; & ideo si pars aduersa prætendebat se in hoc velle reprobare dictum testamentum, debebat articulare, & probare per alios,ꝙ dicti testes non dixerunt illa verba; & quod notarius scripsit illud,quod dictum nō fuit per eos,quod cū nō fecerit defecit in salutari suo: dicat modo quicquid vellit,quia ista est mera veritas,& hic est pūctus, & clauus super
16 quo est percutiēdum in ista causa.†Statutum enim non requirit ꝙ notarius sciat & scrutetur an aliquis verè cognoscat te-
17 statorem:sed † satis est,ꝙ dicant testes,& sacerdos respectiue se illum cognoscere,vt in ipso statuto sub rubrica de testa. in princ.clarè legitur, ergo &c.

Nec dicti testes dicunt directè, & concludenter se dicta verba

verba non dixiſſe: quinimo, ex eorum dictis probatur, quòd non recordantur de hoc. Nam expreſſè fatentur, ꝙ nõ recordantur, quòd Notarius interrogauerit eos, an dictam teſtatricem cognoſcerent, vt habetur in proceſſu, quo ad fratrẽ Modeſtum fol. 158, & quo ad Io. Baptiſtam fol. 482. vnde ſi non recordãtur de interrogatione: multo minus poſſunt recordari de reſponſione data per eos dicto Notario, vt alias dixi, in dictis prioribus allegationibus, pag. 24. & 30. Ex quibus concludenter conuincitur, ꝙ dicti teſtes non reprobant ſcripturã notarii dicti teſtamẽti in eo, quod ipſe ſcripſit illos dixiſſe ſe cognouiſſe, & cognoſcere dictã teſtatricem, vt de ſe patet; & licet dicant, quòd ſi fuiſſent interrogati, non potuiſſent dicere illud, quod reperitur ſcriptum: quia non cognoſcebant illam de vera cognitione, & niſi in domo Hyppoliti: tamen ſtant iſta ſimul, quòd id dixerint tunc, quod ſcriptũ reperitur, & nunc nõ recordentur, ſicut dicunt nõ recordari, ꝙ fuerint interrogati, & de aliis circunſtantiis, de quibus non recordantur. Immò dictus frater Modeſtus expreſſè dicit, & pluries repetit, quòd non recordatur, quòd fuerit factum dictum teſtamentum, & ideo cum non reprobent in hoc pnncto dictam ſcripturam Notarii: concludenter, & neceſſariò ſequitur, ꝙ ſtandum eſt ipſi ſcripturæ, quæ non reprobatur per ipſos teſtes adeò obliuioſos, & incertitudinaliter loquentes.

Præterea in omnem euentum eſt conſiderandum: ꝙ dicti teſtes eſſent in eorum dictis ſingulares, ſi modò dici poſſet, ꝙ aliquid concluderent ſuper eo puncto, videlicet ꝙ non dixerint id quod Notarius ſcripſit, quod tamen negatur, per prædicta, & ideo ẽt ex iſto capite nihil probarent: quia tritum eſt, & vulgatum in iure † ꝙ mille teſtes ſingulares non
18 probant, niſi tantum, quantum vnus ſolus teſtis. l. iuris iurãdum. C. de teſti.

Et ex prædictis manifeſtè conſtat, ꝙ non eſt verum, ꝙ agatur de probando factum, quod non poſsit ſciri à multis alijs, maximè cum teſtes examinati pro curia, & præſertim dictus Io. Baptiſta Gratianus, & Michael de Querciis, dicãt ꝙ dictũ teſtamentum fuit lectum in præſentia multarum perſonarũ, quæ veriſſimiliter audire potuerunt, an dicti duo teſtes dixerint ſe cognoſcere dictam teſtatricem nec ne, & ſic per con-

ſequens, an in hoc veritatẽ ſcripſerit dictus notarius vel nõ. Attamen (vt videamur intellexiſſe, & ſcire quomodo procedat illud, ꝙ teſtes inhabiles in caſu neceſsitatis, & in ſubſidium admittantur) Dicitur, & reſpondetur, illud eſſe uerum
19 † quando agitur de probando aliquod factũ, quod de ſui natura, actu, & habitu aliter probari non poſsit, quàm per illos teſtes inhabiles, vt per glo. in c. 3. loco in verbo iurati de prob. & ibi dominus Ant. de Butr. latius declarat, in ſecunda col. ſub nu: 14. in verſi. Nota duo ex gl. &c. vbi magis inferius, videlicet ſub nu. 16. notabiliter dicit vnum: quod multum fa
20 cit pro Hippolyto. Nam inquit, † ꝙ ſi factum non eſt intricatum, & tamen eſt de longinquo; quia memoria hominis eſt
21 labilis, & tunc plus creditur inſtrumento, quàm teſtibus; † ex temporis enim diuturnitate conſueuerunt teſtes variare fidem, & allegat iura: idem etiam voluit D. Franciſcus Alua. Patauin. in conſi. 67. nu. 29. cum duobus ſeq. inter conſi. crimin. Zilletæ, & addatur, quòd in caſu noſtro concurrit temporis diuturnitas: quia dicti teſtes fuerunt examinati per annos vndecim, & vltra, poſt celebrationem dicti teſtamenti, & ad concluſionem prædictam dictæ glo. videatur D. Alexã. in conſi. 65. nu. 7. vol. 2. in terminis, quem ille auctor patum cõſideratè pro ſe allegat, & idem Alex. in conſi. 161. in quinto
22 vol. col. 2. nu. 2. vbi dicit ſecus eſſe, ſi actus ſic ſe habet † ꝙ habitu, & communi curſu de eo poſſunt alii teſtes haberi: licet fortè non habeantur actu. Et ꝙ tunc ad plenam fidem non recipiuntur teſtes non integri, aliàs ſemper teſtes non integri ſufficerent; quia pars poſſet allegare ſe alias probationes non habere, ſecundum ipſum, idem dixit, & tenuit Natta, in conſi. 394. in ſecundo Thomo, in 4. col. in princ. & Pariſ. conſi. 53. in 4. vol. nu. 34. & Grammat. in conſi. 26. nu. 36. verſiculo. Nec obſtaret, quod dici poſſet, &c. & nu. ſeq. & in conſi. 45. col. 4. vbi lattiſsimè ſcribit. Sed in caſu noſtro teſtamenta nuncupatiua fieri conſueuerunt coram ſeptem, vel octo teſtibus ad minus, & regulariter alii, vltra deſcriptos in teſtamento, intereſſe conſueuerunt lecturæ ſimilium teſtamentorum, & prout dictus Ioan. Baptiſta, & Michael teſtes pro curia examinati deponunt in iſto caſu interfuiſſe, ergo non eſt uerum, ꝙ ſimus in caſu neceſsitatis, nec in ſubſidium: quia prædictis ſtantibus per plures alios teſtes potuiſſet

tuiſſet probari, ꝙ dicti frater Modeſtus, & Ioã. Baptiſta non dixerunt ſe cognoſcere dictam teſtatricem, ſi uerum eſſet, ꝙ non dixiſſent, quod factum non fuit, neque fieri poterat ſalua veritate, quia verè id dixerunt, prout ſcripſit Notarius, & ſi modo aliter dicunt, eis non eſt credendum, rationibus, & cauſis alias deductis, & inferius etiam deducendis, & maximè, quia magis eſt credendum ſcripturæ, & inſtrumento, cũ ſimus in facto antiquo, quàm ipſis teſtibus, vt dicunt Dominus Ant. in d. c. 3. loco, & D. Franciſcus, in conſil. ſupra allegato, & vt ſupra retuli.

Præterea plus dicitur, ꝙ vbi pars aduerſa prætenderet, ꝙ
23 eſſemus in caſu neceſsitatis, & ſubſidii: tamen † illa talis neceſsitas fuiſſet probanda per partẽ aduerſam ſecundũ Alex. in conſi. 64. propè finem ſub nu. 9. in primo vol. quem ad hoc allegat Marſ. in conſi. 31. col. 6. in principio, nu. 33. ſubdens,
24 † quòd vbi non eſt facta talis probatio, meritò tales teſtes non debent admitti, & idem Marſi. hoc repetit in conſi. 41. col. 2. in fine nu. 5. & 6. allegans alias auctoritates, & deciſiones. Idem etiam tenuit Grammat. in d. conſi. 45. nu. 9. & 10. qui etiam videatur à nu. 19. vſque ad, & per totum nume. 25. in eod. conſi. vbi multipliciter declarat iſtam materiam, vt etiam facit Boſs. in tit. de inditiis, & conſiderationibus ante torturam, pag. 190. & 191. & ibi dicit: ꝙ iſta qualitas eſt probanda. Conſideret modo nunc auctor ille, qui eſt tam prõptus: an verum ſit, ꝙ conſi. 3. Gramm. faciat pro ſe, vt aſſerit.

SVMMARIVM.

1 Plus creditur duobus affirmantibus ad fauorem inſtrumẽti, quàm pluribus contradicentibus.

QVARTO principaliter dum dicitur per dictum auctorem, ꝙ in caſu, de quo agitur, non fuit approbatum teſtamentum ab aliis teſtibus viua voce deponentibus: Reſpondetur, ꝙ ſatis eſt, quòd nõ reprobetur per illos duos teſtes, ut prætendebat pars aduerſa: qui duo teſtes illud minimè reprobant, ut ſupra oſtenſum fuit: licet ſublato fratre Modeſto, qui nõ eſt habendus in aliqua conſideratione per latè ſupra deducta, remaneat ſolus Io. Baptiſta gratianus, qui patitur plures exceptiones, ut deductum fuit in primis allegationibus,

gationibus pag. 30. nu. 53. cum duobus sequen. ad quæ ibi dicta me remitto.

Adque per me ibi adducta, Respondet dictus Auctor, ꝙ non debent admitti istæ cauillationes; nec curat discutere, an ea, quæ in facto consistunt, vera sint, sed per generalia transit more solito, Ideo, ut omnibus constet, me nullatenus in hoc cauillationibus vsum fuisse. Adduco magis sigillatim contrarietates, & variationes dicti Io. Baptistæ, quibus patefactis apparebit, quis nostrum cauillis vsus fuerit.

Et in primis dixit, ꝙ dum legebatur testamētum Margherita affirmabat, dicendo Messer si. fol. 188. Et in fol. 191. dixit, capite inclinato. Io confermo quello, che ho detto, sed postea dicit, ꝙ nescit, an Margherita confirmaret testamentum, articulatè loquendo, dicendo Messer si: sed bene annuebat capite, ut fol. 192. Et in secundo examine, quod incipit fol. 208. dicit, ꝙ inquātum dixit mane precedenti, ꝙ illa mulier loquebatur dicendo, ꝙ sic, ipse cogitauit, & sibi videtur ita. Sed ꝙ remanet dubius, & ꝙ id dixerat mane precedenti impensatè. fol. 209. & 210. Vbi apparet; ꝙ interrogator redarguit illū de vacillatione, prout similiter apparet in fol. 213. vbi ipse Io. Baptista petit veniam de variatione.

Secunda variatio, & vacillatio est ista: quia in primis dicit in suo primo examine, ꝙ non fuit allocutus aliquem, antequam accesserit ad Turronum, & dictum examen; & quidem geminatè hoc affirmat, fol. 188. & 189. Postea dicit; ꝙ allocutus fuit D. Bombellum, qui petiit ab eo, vtrum fuisset prçsens testamento, fol. 190. Et monitus, vt dicat veritatem de eo: quod sibi dictum fuit à dicto D. Philippo super dicto testamento, venit in agoniam, & sudorem, fol. 190. & 191. Deinde dicit, ꝙ nullo modo allocutus fuit D. Philippum de testamento, cum tamen semper clarè dixerit contrariū, fol. 193. Prout etiam rursus negauit, se allocutū fuisse D. Phillippum super testamento, & dicente Domino, quare dixerit superius, ꝙ sic; respondit, ꝙ fuit per errorem, & ꝙ voluit dicere, se fuisse ad illius studium, fol. 223. & 224. Et tamen erat factum recens, quia dicit ipse testis, ꝙ id fuit die immediatè sequenti post capturam Hyppoliti, qui fuit captus circa diē vigesimum aprillis, vt probatur ex primo constituto eiusdē sibi facto immediatè post capturam, videlicet sub die 22. dicti

cti mensis,fol.91.& examen dicti Io.Baptistæ fuit factum sub die 27.eiusdem mensis,& per octo dies, uel circa postquam fuit ad studium Bombelli,vt de dicto die examinis habetur fol.208.& sic verisimiliter non erat oblitus.

Tertia variatio est,quia dixit,ꝙ fuit vocatus,& quādo fuit in camera illa, in qua erat Margherita, fuit sibi dictum, ꝙ volebant eum esse testem dicto testamento Margheritæ, ut habetur fol.199. Sed postea dicit,ꝙ non recordatur,an fuerit vocatus,ut esset testis ad dictum testamētum, ut fol.209.

Videat igitur quilibet,an iste sint cauillationes,necne.Et quia in eadem informatione dixi: ꝙ iste Io.Baptista fatetur, ꝙ non habet aliud,nisi pauca mobilia,nec habet domū propriam, nec aliqua bona stabilia, & citaui processum in fol. 1160.& 1161. secundum foliationem superiorem. Iudicent modo Domini mei,an possit dici pauper, & vilis: quia est turlitor,ut vocant.

Quanta autem fides sit adhibenda personæ uili,& pauperi, hoc consistit in puncto iuris,& cuperem,ꝙ dictus auctor citasset specialiter Doctores,& loca, in quibus isti defectus reiiciuntur,in c.cum Ioannes,& in l. prima.§. si quis neget, per eum allegat. ne Domini mei cogerentur laborare, perquirendo tot lecturas,& quidem longas,scriptas per Doctores super dictis iuribus: sed talis est mos allegantium ad balistam,& non videntium Doctores in fonte, ut nunquam allegent in specie locum loci.

Et illa consideratio,ꝙ sequeretur absurdum,si non admitterentur testes pauperes, ad reprobandum instrumentum: quia vt plurimum apponuntur testes pauperes, (cum bona uenia) non valet obolum: quia negatur, ꝙ ut plurimum apponantur testes pauperes, imò regulariter, & cōmuniter testatores querunt habere testes idoneos, & fidedignos, in eorum testamentis, & quia lex uult,& Doctores omnes tenent, ꝙ ad reprobandum instrumentum requirantur testes undique idonei,& omni exceptione maiores,non autē pauperes, & viles. Ideo si vera essent, quæ exaduerso dicuntur, essent de directo contra prouidentiam dictæ legis, & communem opinionem Doctorum, quæ lex in effectu, in casu, in quo sumus,reprobans tales testes,non induceret dispositionem absurdam,nec Doctores illam aprobarent. Ideo au-

deo dicere, ꝙ illa sua consideratio est hętetica in iure.

Secundo respondetur, quòd immò dictum testamentum comprobatur per tres testes pro curia examinatos, videlicet per dictum Io.Baptistam, & per Michaelem de querciis: qui ambo dicunt clarè & expressè se inter fuisse dicto testamento, & vidisse, & audiuisse illud legi, & dessignant locum, in quo lectum fuit, coram pluribus personis, ut ipsi asserunt, & Franciscus de clerico baiulus alius testis curiæ, dicit se dici audiuisse inuicinia, ꝙ dicta mulier reliquerat hæredem dictum D. Hyppolitum; ita quod non est uerum dicere, ꝙ nõ fuerit approbatum illud testamentnm viua uoce testium, &
1 habemus † quòd magis creditur duobus affirmãtibus ad fauorem instrumenti, quàm pluribus contradicentibus, ut per Dominum Antonium de prato veteri inter consilia Domini Alexan. de Imol. in consi. 73. incipiente non puto, &c. in primo volumine, num. 2. & 7.

Quinto principaliter adducitur, quòd reperitur alius testis pariter testamentarius, qui dicit se non interfuisse dicto testamento, & iste est ille Frãciscus de clerico baiulus, & villissimus, ac pauperior Codro, qui quotiescũque accedebat. ad subiiciẽdum se examini, per prius habebat recursum ad Ser Ferrantem, & in illius domum, & præsumendũ est quùd accederet ad lectionem capescendam, & profectò iste testis est nequior testibus Susannæ, quia audet dicere, se non inter fuisse, nimirum si aliquando dicit quòd non recordatur, ali quando id pro certo affirmat, ut patet in suo falso testificatu, qui nihil obstát Hyppolito cum non sit habendus in aliqua consideratione, ex quo est supernumerarius, & minime necessarius ad dicti testamenti ualiditatem, & hoc solũ fundamentum sufficit, per ea quæ adduxi in prioribus allegatio nibus, pagi. 33. nume. 60. quæ puto sufficere, licet potuissem alias plures decisiones addere, quas breuitatis cã ommitto.

Vltra quod succurrit dicere modo vnum aliud considera tione dignũ. videlicet, quia iste bonus vir deponit nõ uerissimilia, & talia, quæ præsumptionem iuris habent contra se. Nam reddendo causam dicti sui, dicit, ꝙ si ad fuisset dicto testamento, recordaretur, & tamen constat, quòd tempore sui examinis fluxerant anni decem, & ultra, post confectionem dicti testamenti, per quod tempus lex obliuionem præ

sumit.

sumit. Immò in teste breuiori tempore præsumitur, videlicet duorum, uel trium annorum, ergo non poterat, nec debebat iste testis, tam audacter deponere, ꝙ si interfuisset recordaretur, perinde, ac si haberet memoriam Themixtoclis, vel Mitridatis.

SVMMARIVM.

1 Confessio facta super facto non dependente à potestate, vel voluntate confitentis, non nocet.
2 Confessioni non statur quotiescúque probatur contrarium eius, de quo in ipsa confessione.
3 Confessio dubia debet interpretari in fauorem confitentis.
4 Confitens potest eius confessioné dubiam interpretari: prout vult.
5 Probatio dubia non relleuat in ea se fundantem.
6 L. si quis intentione, de iudiciis, habet locum etiam in criminalibus.
7 Confessio rei, citra aliquam declarationem, debet in mitiorem partem intelligi, & prout magis facit pro confitente.
8 Omnis interpretatio fit contra se fundantem in verbis rei, constituti in iudicio ad interrogatoria sibi facta respondentis.

SExto dum dicitur ex aduerso constare de manifesta falsitate, quia legitur in dicto testamento, ꝙ quidam frater Modestus erat Capellanus Ecclesiæ, in cuius capella reperiebatur testatrix, & interrogatus Hyppolitus, an ille cognosceret mulierem testatricem, respódendo confessus fuit (secundum dictum auctorem) dictum capellanum tunc nó cognouisse dictam testatricem; & sic constat (secundum eúdem) Notarium scripsisse falsum in parte substantiali: quia ex forma statutorum sine cognitore testamentum non valeret; & ut de hoc ponit dictus auctor in primis suis allegationibus, & in responsionibus datis ad consilium, D. Seccadinarii, tertio loco positis nu. 8. & 9. ubi magnifacit istud fundamentum, & obloquitur nonnulla de somnio more solito.

Dicitur, & replicatur non esse uerum in facto, quòd Hyppolitus confessus fuerit (prout confiteri non potuit) dictú fratrem Modestum non cognoscere dictam testatricem tépore testamenti: quia si recto oculo, & animo pacato legantur responsiones datæ per Hyppolitum in hac materia, apparebit illas esse adeo dubias, & obscuras, ut iuridicè pars aduersa non posit super talibus responsionibus facere aliquod fundamentum, & dicere cum veritate, ꝙ dictus Hyppolitus

politus fuerit aliquid confessus in hoc, quod sibi præiudicare possit; Et ut videri, & citius inueniri possint dictæ responsiones, dico, quòd habentur in processu à fol. 399. vsque ad 497. Nam in fol. 399. interrogatus quis esset tunc capellanus Ecclesiæ sancti Martini, tempore quo Margherita erat infirma in domo ipsius Hyppoliti. Respondit io nô lo sò signore, & licet postea subiungat, quòd capellanus sancti Martini fuit ad videndum Margheritam in domo ipsius, quando voluit facere testamentum. & quòd dixit sibi nônulla verba de familia de Morbiolis Cremonæ existente, vt habetur fol. 400. & 401. Tamen postea subdit, quòd sibi videtur, ꝙ dictus capellanus sit iustæ staturæ, & habeat potius barbam ceruleã seu albam, quàm aliter: vt dicto fol. 401. ex quo apparet, ꝙ non loquitur de fratre Modesto; quia frater Modestus nô habet talem barbam, sed nigerrimam: uocetur enim, & inspiciatur, & apparebit, ꝙ ista est veritas.

Corroborantur hæc: quia interrogatus, an dictum capellanum abinde citra aliàs uiderit. Respondit, può essere ch'io l'habbi uisto, ma non l'ho cognosciuto. Vnde est impossibile, ꝙ ibi lôquatur de fratre Modesto, quia in fol. 404. dicit, ꝙ cognoscit fratrem Modestum magnum, & nigrum in vultu, à sex, uel octo annis citra, & quòd salutantur ad inuicẽ, & ꝙ non recordatur, nec habet in mente, quòd frater Modestus fuerit in domo ipsius, pro visitando Margheritam, neq; quòd fuerit præsens dicto testamento: tamen se remittit ad testamentum, & quando interrogatur, an dictus frater Modestus cognosceret dictam Margheritam. Respondit, io non sò se lui la conosceua, se non l'hauesse cognosciuta in casa di detto Iuliocesare Samachino, &c. Ma in casa mia, nô mi ricordo in modo alcuno, che detto frate Modesto habbia cognosciuto detta Margherita. Vnde uideant Domini mei, an ex istis responsionibus colligi possit, quod Hyppolitus confessus fuerit ita clarè, prout ex aduerso præsupponitur, dictum fratrem Modestum non cognouisse dictam Margheritam: Nam si se remittit ad testamentum, item si dicit explicitè, ꝙ nescit si illam cognosceret, & demum dicit, ꝙ non recordatur de hoc: quomodo potest dici, ꝙ fateatur eundem fratrem illam non cognouisse? Certè, parcat mihi pars aduersa, in hoc allucinatur.

Et quamuis interrogator, qui dictum Hyppolitũ tunc interrogabat, processerit ad quoddam interrogatorium insolitum, adeò, ut non meminerim me aliàs in aliqua causa uidisse similia interrogatoria facta fuisse: Nam interrogauit illum, quid potius credat, an dictus frater Modestus cognouerit illam tempore dicti testamenti nomine, & cognomine, vel credat eam non cognouisse, & ipse respondit, se credere potius, quòd illam non cognosceret, quàm aliter, quia erat modicum tempus, quod habitabat in illis partibus: tamen subdit, se non l'hauesse cognosciuta in casa di detto Iuliocesare Samachino, ò in qualche altro loco ch'io nol sapessi: ma quanto à me, credo, che non la cognoscesse: ut hæc habentur in processu, fol. 406. & 407.

Cogitent modo magnifici Domini mei, an dictum interrogatorium fuerit conueniens, vt ita cogeretur Hyppolitus ad respondendum de credulitate, postquàm iam se remiserat ad testamentum; in quo legitur, quòd dictus frater dixit se illam cognoscere: quod etiam non negat in suis examinibus, & repetitionibus, ut supra, & aliàs deduxi, & postquã ipse Hyppolitus explicitè responderat, se nescire an illã cognosceret, & dixerat etiam, ꝙ non recordabatur, & credo, ꝙ (eis cogitantibus super istis) iudicabunt tale interrogatorium fuisse superfluum, & captiosum, & minime fieri debuisse, & factum non valere.

Sed dato, non tamen concesso, quod dictum interrogatorium esset iustũ, & cõueniens; nõ propterea credat pars aduersa ex dicta respõsione posse summere pro se aliquod fundamentum, tum quia, ut doctè, & magistraliter aliàs dictũ fuit per magnificum, & excellentissimum D. Iulium Scarlatinum aduocatum, ubi talis posset appellari confessio, illa tamen esset facta super facto non dependente vsque quaque à
1 potestate, vel uoluntate asserti confitentis, † quo casu confessio non nocet, ut vltra allegata per dictum dominum Aduocatum, est tex. in l. cum falsa. C. de iur. & facti ignor. & decisio domini Antonii de Butrio, in c. finali de confessis, nu. 12. & Sali. in l. licet. C. de falsis, in prima colũ. & Aret. in consi. 13. in fin. Romani consi. 260. nu. 4. Crau. consi. 175. secunda col. in fin. Non enim dependet à uoluntate, vel potestate dicti Hyppoliti, ꝙ dictus frater Modestus cognosceret

dictā mulierem testatricem, nec ne, vt de se patet. Ergo, &c. Et licet istud solum fundamentum sufficeret, cui non fuit responsum ex aduerso:

Tamen secundo respondetur, quòd dictæ assertæ confessioni non esset standum, ex quo de contrario apparet in processu videlicet, quòd dictus frater Modestus dixit, & asseruit se dictam testatricem cognoscere, & hoc ex scriptura dicti testamenti, quæ adhuc non fuit reprobata in rei veritate (quicquid prætendat in contrarium pars aduersa) vt patet
2 ex prædictis, & infrascriptis. Nam † eo casu quo probatur contrarium eius, de quò in ipsa confessione, esto ꝙ esset propria confessio, ei non statur. ut per Augustinum Ariminen. in addititionibus ad Angelum in tract. maleficiorum in verbo Comparuerunt, & confitentur, nu. 110.

Coadiuuatur etiam hoc ex dictis per fratrem Modestum in suis examinibus, & repetitionibus: dum dicit, quòd potest esse, quòd illam cognouerit, & alloquutus fuerit eam etiam ante dictum testamentum: quod dictum est multum verisimile, considerādo, ꝙ ipse, ut dicitur, erat Capellanus Parochiæ sancti Martini, & quòd illa testatrix una cum eius filia ægrota habitarunt per multos, & multos dies in domo Iulii Cæsaris de Samachinis, quæ est propè Ecclesiam sancti Martini, & sub cura capellani, dictæ ecclesiæ, & quæ filia decessit ibi, & considerando, ꝙ â communiter accidentibus, tales capellani accedere consueuerunt ad visitandum ægrotos in eorum parochiis, maximè quādo malè se habent, & verissimiliter sunt morituri.

Tertio respondetur, ꝙ negari non potest, quin stantibus præmissis dicta asserta confessio sit dubia, & obscura, vnde
3 sequitur clara iuris conclusio, ꝙ † debet interprætari in fauorem asserti confitentis. Roman. consi. 455. in casu præmisso, &c. Bal. in l. qui se patris. C. unde liberi. Decius consi. 278
4 nu. 6. secundo vol. † & prout uult ipse, potest eam interprætari. Bar. in l. si quis intentione. ff. de iudiciis. Quæ maxime, in casu nostro procedere debent fauore rei, & deffensionis, ac etiam considerando, ꝙ sumus in causa, in qua exiguntur probationes luce meridiana clariores, & dubiæ reiiciuntur,
5 iuribus unlgaribus, licet regula sit in cunctis, † quòd dubia probatio non relleuat in ea se fundantem. Et in terminis, ita

tenet

tenet Soci. Iun. in consi.39,in.2.vol.nu.70.& 71. vbi dicit, † quòd dicta lex si quis intentione,habet locum in criminalibus,& † quòd citra aliquam declarationem confessio rei debet intelligi in mitiorem partem,&prout magis facit pro confitente.

6

Non obstant modo adducta in contrarium in dictis responsionibus sub num.9.

Et in primis,dum allegatur.consi.Roma. 104. ad fi. super quo omnes alii ex aduerso allegati se fundant, ut ex visione illorum in fonte liquere potest: Quoniam Roman. non fundat se ex eo, ꝙ testes deponentes de credulitate fuerint simpliciter examinati per illum,contra quem probare dicũtur, sed se fundat in eo,ꝙ attestationes illorum testium, fuerant productæ, & sic per productionẽ rathificatæ per ipsum producentem: videatur Rom.in fonte, qui ita loquitur in fine dicti consi.104.quo in loco allegatur per Doctores citatos ex aduerso: qui tamen loquuntur etiam in productione, & non in simplici inductione, si bene videantur. Et Hyppolitus Riminal.in consi.79. inter consilia matrimonialia Zillete,nu.4. non loquitur in teste de credulitate deponente, & loquitur in producente. Et ita præcisè, & expressè illud dictum Rom. intelligit Craueta in consi.201.colum. tertia.in primo,num.7.qui videatur.

Nec est bonum argumentum illud,quod facit pars aduersa dicendo, ꝙ si credulitas à teste prolata probat, multo magis probabit,si ex ore proprio ab ipsa parte proferatᷣ: Quia respondetur hoc argumentum non procedere, & maximè in terminis nostris, quia forte istud dictum posset esse verũ in aliis terminis: & hoc,quia militat diuersa ratio:Nam ille, qui inducit testem,& producit eius attestationem, spontè, & volontariè ad id mouetur;& in dicto casu censetur approbare personam, & dicta testis; Sed in casu nostro secus est, quia reus in iudicio constitutus, & examinatus, cogitur ad respondendum,& ad id inuitus accedit, & aliquando inuoluitur, & reuoluitur,& cogitur respondere interrogatorijs exorbitantibus, & quidem ex tempore; & non se fundat ipse in illis,ita ꝙ dici posſit, ꝙ uideatur suas responsiones ad illa datas approbare: sed est pars aduersa,quæ in illis vult se fundare, adducendo prætensam confessionem pro se,& cõ-

8 tra dictum Hyppolitum, vt condemnetur: † ergo contra illã est facienda omnis interpretatio. & ad hoc videatur Maranta in Speculo aureo fol. 69. secundum magnam impressionem, nu. 30. in quinto actu in fine, qui in effectu ita concludit, licet non ita apertè declaret.

Et ex his apparet, quantum sit friuolum illud fundamentum de asserta confessione Hyppoliti, & ꝙ apud nos musca non possit fieri elephans.

SVMMARIVM.

1 De præsenti non præsumitur in præteritum regulariter.

2 Et hoc maxime procedit quando præsens status est difformis à statu, qui necessariò aliquo tempore, fuit aliter in præteritum.

3 Præsumptio de qua in. c. semel malus procedit respectu temporis futuri post malum commissum, & non ante, & de præterito.

4 Accidens naturæ contrarium, tollit effectũ præsumptionis naturæ, & quid sit illud accidens.

5 Præsumitᵉ perseuerantia voluntatis in malo sicut in bono.

6 Præsumptio de præsenti in præteritum tunc sumitur, quando adest iusta causa taliter præsumendi, statu priore non repugnante, aliàs secus.

7 Primæuus hominis status est bonus cum à Deo creetur talis, qui non est auctor malorum.

8 An, & quando falsitas unius instrumenti faciat præsumi alia eiusdẽ notarij esse falsa.

9 Notarius de falso condemnatus potest antiquas suas rogationes perficere.

SEPTIMO negatur concursus malæ famæ Notarii tempore confecti testamenti: quia ad hoc, vt asserta mala fama ex aduerso allegata noceret: opus fuisset illam fuisse probatam adesse tempore confecti testamenti: quoniam (quicquid dicat aduersarius) asserta mala fama, & condemnatio Notarii de falso, & illius supplicium, quæ postea superuenerunt, non nocent instrumentis antea confectis, & sic non nocent testamento de quo agitur per duos annos ante confecto: Et vltra alias decisiones aliàs allegatas, per quas probatur, ꝙ condemnatio Notarii de falso facta post celebratum aliquod instrumentum, ipsi instrumento antea celebrato nõ nocet: ad quod fuerunt adducti, Bart. & Pau. de cast. in consiliis, vt in dictis prioribus allegationibus: Nouiter cõsidero, ꝙ dicere, Notarius repertus fuit esse malæ famæ, & falsarius

tempore condemnationis de eo factæ. Ergo etiam tempore dicti conditi testamenti erat talis: hoc nihil aliud est nisi præsumere de præsenti in præteritũ, vt de se patet. Quæ quidem præsumptio regulariter non admittitur, vt per d. Alcia. in præsumptionibus, præsumptione 26. regulæ secundæ nu:
1 2. vbi ponit regulã negatiuã, videlicet † q de præsenti nõ præsumitur in præteritum, & deinde parum infra sub nu. 3. dicit
2 † illam maximè procedere, quando præsens status est difformis à statu, qui necessariò aliquo tempore aliter fuit in præteritum. Vnde (dicit ipse) si quis hodie est vsurarius, vel hęreticus, non præsumitur etiam olim ita fuisse: quia saltem in pueritia aliter fuit, & allegat Iasonem in. l. si prius de nou. op. nunt. & Ioan. nic. Arelatanius in additione suã ibi posita, allegat bonum consilium Bertrãdi, quod est septimum in secunda parte primi voluminis.

3 Et † præsumptio tex. in c. semel malus, procedit in futurũ, non in præteritum, videlicet, q si quis semel in aliquo deliquit, & vitiosus se ostendit, præsumitur in dubio in futurũ perseuerare in eodem malo, & vitio, vt declarant Dinus, & alii ibidem, sed quòd talis præsumptio habeat locum, quoad tempus præteritum, hoc non dicunt, & regula est in contrarium, vt per Alcia. vbi supra; & idem clarè voluit Petr. de Anchar. in dicta regula semel malus, in prima col. Dum refert exemplum de milite, qui se malè gessit in millitia: nam præsumitur, quòd non benè se habeat in futurum. allegat. l.
4 non omnes. §. à barbaris de re militari, & dicit, q † accidens naturæ contrarium, tollit effectum præsumptionis naturæ, & illud accidens est, quando homo committit illud malum, ex quo oritur præsumptio, quòd similiter in futurum malum committat in eodem genere, & magis inferius dicit, q ratio dictæ regulæ fundatur in corruptione naturæ propter acci-
5 dens malitiæ superueniens ex animo: quia † præsumitur perseuerantia voluntatis in malo, sicut in bono. c. maiores de baptismo. Ecce ergo, q dicta regula facit suam præsumptionẽ in tempore futuro post illud accidens. Et pro qua opinione, & regula Domini Alciati, q in istis, primęuo statui naturæ, contrariis, non præsumatur de præsenti in præteritum, videatur Bal. in l. prima. §. si magistratus. ff. de magistratibus cõueniendis. post Oldradum, quem allegat: & adducit illam et

exempla, de quibus per Alciatum in loco præallegato, videlicet de hæretico, & vſurario: ad idē videatur Fely.in.c.ſcribam, de præſumptionibus col.fi.in prin.& Bal.in.l.nō ignorabit, verſiculo. Et adde, quòd aut loquimur, &c.C. ad exhibendum, nu.4. vbi optimè ad propoſitum noſtrū loquitur.

Et dicunt Doctores in dictis locis pro maiori parte, quòd
6 vbi † adeſt iuſta cauſa præſumendi de præſenti in præteritū, ſtatu priore non repugnante, tunc ſummitur præſumptio huiuſmodi, aliàs ſecus: Sed, quòd præſumatur, ꝙ Notarius, qui commiſit falſum hodie, fuerit falſarius in præteritum, hoc repugnat priori ſtatui à natura hominis procedente, & nulla ſubeſt iuſta cauſa ſic præſumendi; quia ſi hoc præſumeremus, hoc eſſet præſumere delictum, contra text.in.l. merito. ff.pro ſocio: Ergo ſequitur veram eſſe concluſionem ſupra per me factam, videlicet ꝙ falſitates commiſſæ per illum Notarium, & propter quas fuit condemnatus, & punitus, non habent nocere teſtamento per eum confecto, tempore quo
7 erat bonus, & legalis: prout præſumendum eſt: † iuxta præſumptionem ipſius naturæ, & primęui ſtatus hominis, qui ab initio bonus creatur à Deo, qui non eſt auctor malorum, ut etiam voluit Bart.in.d.l.ſi prius, in oppoſitionibus.ff. de no. op.nunt.& in qua bonitate perſeuerare præſumitur, donec per accidens committat malum. vt clarè colligitur ex ſcriptis multorum ex dictis Doctoribus in locis præallegatis; & per conſequens non habent nocere d.D. Hyppolito, in præſenti cauſa, pro quo eſt optima, & in terminis deciſio Specu. in tit. de inſtrum.edict.§.inſtrumentum.verſi. Item opponitur, ꝙ tabellio qui confecit, &c. qui videatur omnino.

Et quamuis per prædicta ſatis videatur reſponſum deciſionibus in contrarium allegatis: Tamen particulariter reſpondendo, aperto ore negatur, ꝙ Doctores dicant, ꝙ in inſtrumentis iam factis ante condemnationem Notarii de falſo, reſultet ſuſpitio falſi. Et deueniendo ad Felyn. allegatum in ſpecie in.c.fraternitatis de hæreticis, ſub nu.16. vbi dicit aduerſarius, ꝙ ipſe Fely. arguit de vna parte inſtrumenti ad totum, & de vno inſtrumento ad aliud, & ꝙ aſſerit eſſe communem opinionem, & licet in libro meo non ſit ſignatus in lectura Fely.d.nu.16. tamen credo, ꝙ aduerſarius alleget illum in ſecunda concluſione circa dicta Innocentii, ibi per

Fely.

Fely.posit. quæ habet, quòd falsitas instrumenti in vna parte vitiat totum instrumentum, & signanter in versiculo. Si enim de vno instrumento falso propter vitium Notarij, &c. vbi dicit, ꝙ propter vitium ipsius Notarij, de vno instrumẽto falso resultat suspicio ad aliud: vt in præcedenti conclusione dicit ipse fortius, de vnomet instrumento ad se ipsum. Nam respondetur, ꝙ Fely. ibi non dicit, ꝙ resultet suspicio de instrumento falso ad aliud per prius confectum: Nec etiã hoc dixit in conclusione præcedenti ad quã ibi se remittit. Et si aduersarius, vult dicere contrariũ, dessignet, & ostẽdat particulariter locum, in quo Fely. id dicit in dicta prima conclusione: quia apparebit, ꝙ non inueniet: & † illud
8 dictum est intelligendum, ꝙ de instrumento falso oritur suspicio ad aliud instrumẽtũ postea confectũ: quia verba Fely. in pręcedenti conclusione ita sonant, & maximè in sexta fallentia dictæ primæ conclusionis ibi. Et idem dicas de instrumentis ante condemnationem expeditis; & etiam in prima fallentia, in qua expræssè vult, ꝙ illa prima conclusio nõ habeat locum in instrumentis confectis, antequam super falso sit lata sententia; Subdens, hoc procedere, etiam si penderet iuditium super crimine falsi, quia non priuatur possesione offitij, & allegat d. Ant. Io. de Ann. & Marianum ibi, & ita etiam clarè, & signanter dicit D. Franc. de capitibus listę Patauinus in consi. 71. inter cõsilia Ziletæ Criminalia col. pen. nu. 25. & in consi. 72. ex aduerso sæpè allegato, nu. 2. inter eadem consilia. Idem tenuit dictus Io. de prato: Et vltra illos adduco clarissimam decisionem Alberi. in l. si quis ex argentariis in fine principij. ff. de edendo, vbi post Oldradũ, quem allegat, dicit, ꝙ instrumẽta confecta ante accusationẽ indistinctè valent.

Ad decisionem Bar. in l. tertia. §. hac lege. ff. ad l. Iul. repetundarum: in quantum in principio dicti. §. dicit, ꝙ si Notarius, deliquit in officio notariatus, faciendo falsum instrumentum, vel aliam falsitatem circa offitium notariatus, tũc eius instrumentis non creditur: Respondetur, ꝙ intelligitur dicta decisio de instrumentis ex post confectis, non antẽ de illis, quæ per prius confecerat: nec de illis loquitur Bar. modo aliquo, quinimmò cõmunis est conclusio quòd dicto casu licet Notarius noua instrumenta conficere nõ possit post condem-

cerare dictas minutas; quia habent illas pro nihilo, & non seruiunt nisi pro quadam memoria, vt supra dixi; & propriè hoc contigit in isto casu, in quo apparet manifestè, quod Notarius rogatus de dicto testamento, non habuit illam scripturam pro originali matrice (vt ex aduerso præsupponitur) ex quo illam non subscripsit, nec illam rubricauit, prout fecit verum originale dicti testamenti, & quando occurrit sibi dare copiam aliquibus de dicto testamẽto, apparet, quòd dedit eis copiam sumptam ex vero originali nitido, de quo in processu, vt legitur in margine ipsius originalis: quod quidem originale fuit subscriptum, & rubricatum manu ipsius notarii, vt videri potest. Et licet retinuerit dictam minutam non rubricatam, nec subscriptam penes se ad bene esse. Ego dico, quòd ex hoc summitur præsumptio innocentiæ ipsius Notarii: qui si commisisset falsum in scribendo dictum testamentum, certè non tenuisset dictam minutam, sed illam lacerasset, & igni dedisset: quia, vt omnes dicũt, & norunt, falsitates, & ea quæ possunt illas indicare, pôtius occultantur, quàm retineantur, vt apparere posśint: ex retentione enim talis minutæ dignoscitur animus, & bona fides ipsius Notarii quo ad testamentum, de quo agitur, & ne videamur loqui
1 sine auctoritate, dicimus † quòd talis minuta fieri potuit, & exinde alia scriptura assumi nitida, quæ est magis originalis scriptura, ita voluit Bal. in l. nostrã versiculo. Et hæc sunt notabilia ad quæstionem, &c. C. de testam. & Curtius senior 2
idem tenuit, allegando Bal. vbi supra, in totiens declamato consi. 55. in fine, vbi ex laceratione primæ notulæ Arguit cõtra Notarium, quòd sit detecta falsitas, & dolus expressus, saltem iunctis testibus, vt ipse dicit, ergo in casu nostro, ex non laceratione debet argui veritas, & bona fides, vt contrariorum eadem sit censura.

Nec obstant assertæ apostillæ, & cancellationes de quibus in dicta minuta, & quòd in ea dicantur esse apostillæ factæ diuersa manu, & de diuerso attramento; quia si talia essent in originali dicti testamenti, fortè posset tunc dubitari, an talia redderent illud suspectum, super quo ego etiam dicerem, quòd non: stante consuetudine Notariorum huius ciuitatis, quæ est, vt in ipsis originalibus faciant cancellationes, apostillas, & alia similia etiam de diuerso attramento, vt

est notorium, & plures imputati propter tales suspitiones,
2 fuerunt absoluti tempore D. Triultij † quia consuetudo excusat Notariū à pena falsi, vt per D. Antonium de Prato veteri in consi. 73. in primo vol. col. fin. nu. 6. inter consilia D. Alexandri de Imol. & Euer. in sua centuria loco à solitis pag. 555. in versiculo. Hinc etiam est, quod consuetudo excusat, &c. & adde Dec. in terminis in consi. 175. col. 8. in principio, sub nu. 7. in versi. Tertio hoc idem, &c. Et videantur filciæ Ser Ferrantis ex tempore, & apparebunt plura originalia in eis sic confecta cum apostillis.

Sed cum originale appareat nitidum, caret omni suspitione, stantibus maximè aliis præsumptionibus faciētibus pro dicto testamento, & dicto Hyppolito, quæ infra deducētur, & ita respondetur ad illud, quod ex aduerso adducitur, dum dicitur, quod Hyppolitus confessus fuit, instrumentum dicti testamenti esse suspectum: quia ei (cum bona venia) nō sine artificio fuit ostensa dicta minuta, non autem dictum verum originale, quod Notarius pro tali habuit, & tenuit in suis filciis, & alius Notarius commissarius illorum rogituum similiter pro tali retinet, & habet, vt deposuit in actis; quando dictum verum originale secundo loco exhibuit, videatur eius dictum, & apparebit, quod pars aduersa voluit supplantare dictum Hyppolitum, & posuit ante oculos suos dictam minutam loco veri originalis, quod est contra bonos mores,
8 † Et diuersitas attramenti inducit leuem præsumptionem, nec valet ad eneruandam fidem instrumenti, secundum Soci. in consi. 94. col. 4. versi. circa tertium, nu. 8. in primo vol. & Paris. consi. 28. in secundo volumine.

SVMMARIVM.

1 Ad probādū famā de necessitate requiritur quod testes dicāt maiorē partē populi sic sentire, nec sufficit dicere sic esse publicā vocē, & famā.
2 Fama non probatur si testes deponant de auditu ab aliquo, & quomodo debeat probari.
3 Producens testes ad probandū famam, debet articulare, & probare eos esse omni exceptione maiores, alias non est faciendum fundamentum in suis dictis.
4 Testis super fama deponens debet exprimere nomina, & cognomina eorū à quib. audiuit ea, de quibus dicit esse publicā vocē, & famam.
5 Et licet dicat à multis audiuisse, nulla facit suspitionē cōtra īquisitū.
6 Et plura alia requisita ad probandū famam, vide vsque ad numer. 12.

NONO ad illud, quod dicitur de asserta mala fama Hyppoliti, quæ (vt prætenditur) fuit probata per decem testes, & super qua exaduerso, fit maximum fundamentum, cum centies repetatur, asserrendo dictum Hyppolitum esse humilem, & deploratæ vitæ, & magnifaciendo istud suũ fundamentum: Respondetur, ꝙ ex lectura assertarum attestationum dictorum decem testium, manifestè constat, ꝙ ipsi non probant assertam famã malam dicti Hyppoliti, vsquequaque; Et non repetendo aliàs dicta per me contra dictos testes in prioribus allegationibus pag. 17. à nu. 22. vsque ad num. 40. & vltra: nunc dico, ꝙ ad probandum famam multa requiruntur de necessitate; Et in primis, † ꝙ testes inducti ad illam probandum dicant maiorem partem populi sic sentire, nec sufficit, ꝙ dicant sic esse publicam vocem, & famam: vt inquit Cæphalus in consi. 65. nu. 47. allegans Deciũ in consilijs, & lecturis dicentem ita communiter teneri, & Crauet. Rui. Soci. Iun. & Grammaticum in consilijs idem attestantes; & subdit nu. 48. & 49. ꝙ † non probant famam, si deponunt de auditu ab aliquo: sed quòd oportet, vt dicant à quibus fama ipsa habuerit originem, & à quibus ipsi testes id audiuerint, etiam si de hoc non fuerint interrogati; & ꝙ si testes dixerint non recordari à quibus audiuerint, non probant, licet prius dixerint se à maiori parte audiuisse: nam debent aliquos nominare, & postea dicere se à pluribus alijs audiuisse, de quibus nõ recordãtur. Videant modo MM. DD. Mei si dicti testes, de quibus agitur, ita deponunt necne, & apparebit ꝙ non, & per consequens assertam famam malam dicti Hyppoliti totiens decantatam exaduerso, minimè esse probatam.

Ad quod accedat, quod voluit idem Doctor in dicto consilio, sub nu. 53. & 54. vbi dicit, ꝙ quàmuis testes aliàs cõcluderent, ac perfectè probarent dictam famam: † tamen adhuc in suis dictis non esset faciendum fundamentum, quãdo per producentem illos, non est (prout non fuit in casu nostro) capitulatum, & probatũ ipsos testes super fama examinatos, esse optimæ opinionis, & omni exceptiõe maiores: & ꝙ cautus debet esse Aduocatus, vt faciat probationem de fidelitate testium, & allegat Dec. infinitos citantem in c. primo, de appell. nu. 14. Et ꝙ † testis deponens de fama, nihil probat si

non exprimit aliquas personas à quibus audiuerit, tenet d. Alex. de neuo. in consi. 92. nu. 14. inter consilia criminalia Zilettæ: facit quod voluit. d. Ang. de castr. in consi. 94. inter di-
5 cta consilia Zilettæ. sub nu. 23. & 24. vbi inquit, quod† testes, qui dicunt audiuisse à multis, nullam suspicionem faciunt contra inquisitos, quia non probatur, quod à maiori parte hominũ, & non probantur necessaria ad famam: quæ si probata esset suspicionem faceret. Ad idem conferunt adducta latius per D. Ludouicum Catum maximum criminalistam modernum in consi. 99. nu. 34. inter eadem consilia Zilettæ. Vbi inquit, quòd fama informiter probata, nihil facit, & quod vt formiter
6 probetur, requiruntur multa. Et in primis, † quod originem ha
7 buerit à personis fide dignis non à maleuolis, Item quod† non dicitur formiter probata, nisi testes dicant se audiuisse à ma iori parte populi: quod secundum eum est necessarijssimum ad veram probationem famæ. Et quod Bart. in locis ibi per eum allegatis dat cautellam, vt testes volentes probare famam di cant, quod est publica vox, & fama, quia publicè dicitur per ci-
8 uitatem à maiori parte populi; Et quod licet testis dicat, † quod est publica vox, & fama simpliciter, vel quòd audiuit publi-
9 cè dici, non est probata fama: Subdens quod† illa non probatur formiter, nisi testes assignent causam famæ, alias dicitur po-
10 tius vana uox populi, quæ nihil facit, & † quod etiam non inter-
11 rogatus debet assignare causam, & personam: & quod† hoc pro cedit, tam in ciuilibus quàm in criminalibus, & allegat infinitos Doctores, vt est videre à dicto nu. 34. vsque ad num. 39
12 Et voluit Soci. Iun. in consi. 69. nu. 24. in primo volumine, † quod non dicitur probata publica fama per productiones testiũ, qui non dicunr se audiuisse à maiori parte populi, nec alia adducunt, quæ sunt necessaria ad probationem famæ. Videa tur etiam ad prædicta omnia Mars. in l. de minore. §. plurimũ de quæst. Alex. consi. 25. & 177. vol. 4. & consi. 83. volum. 3. & Corn. consi. 101. & 319. vol. primo, & Deci. consi. 133. Aymo Crauetta consi. 41. qui omnino videatur, & possem alios infinitos allegare, sed hæc sufficiant ad ostendendum, quod non est probata aliqua mala fama dicti Hyppoliti per illos dece testes, qui vltra quod nihil formiter deponunt, patiuntur multas exceptiones alias per me deductas in dicta mea informa tione, loco præallegato; & ideò cesset quæso pars aduersa ab

illa

illa declamatione malæ famæ, & deplorationis, quia per gratiam Dei dictus Hyppolitus, adhuc non est in tali statu, vt possit dici deploratus, si auctor dictarum responsionum benè cogitauerit, & significationẽ dicti verbi rectè intelliget.

SVMMARIVM.

1 Intellectus l. iubemus. C. de probationibus.
2 Sola suspicio in genere loquendo nõ reddit instrumentum nullum, nisi quando suspicio est apparens.
3 Falsitas ciuiliter intentata probatur per coniecturas, & præsumptiones.
4 Et vbi agitur de falsitate instrumenti, suspiciones debent oriri ex inspectatione ipsius instrumenti.
5 Præsumptio l. maiorem. C. de falsis qualiter procedat.
6 Factum extrinsecum non præsumitur nisi probetur.
7 Doctores intelligendi sunt secundum leges, quas allegant.
8 Dispositio l. iubemus, procedit tantum in vitio visibili.
9 Decisiones vulgares Archidiaconi, & Dominici in. c. in memoriam. 19. distinctione procedunt, quoad capturam duntaxat, vel in causa ciuili, & nu. 14.
10 Reprobatio dictarum decisionum per Marsilium.
11 Quis non dicitur talis, quousque non est pronunciatus pro tali.
12 Notarius qui falsum commisit, propter quod ex forma statuti est priuatus tabellionatus offitio, antequàm per sententiam iudicis sit priuatus, potest facere instrumenta, quæ valent.
13 Instrumentum non est cassandum propter solam suspicionem, nisi aliàs contra illud probetur.
15 Quotiescunque subest aliqua suspicio de aliquo actu, Si pars confitetur, suspicio cessat.
16 Ex productione alicuius instrumẽti simpliciter, & indistinctè facta, oriuntur duo notabiles effectus, de quibus hic.
17 Confessio, & probatio qualibet ex instrumento resultans, præiudicat etiã eius singulari successori.

DECIMO in quantũ adducitur ex aduerso præsumptio l. iubemus. C. de probat. & adducunt Doctores ibi, & Curt. & Ias. in consilijs ibi citatis, scilicet in prima allegatione partis aduersæ, cõmiscendo etiam tex. in. l. maiorem C. de falsis, quæ alium casum diuersum continet, vt infra dicetur. Respondetur. Et primo, ꝙ licet dicta lex iubemus, quæ habet duas lecturas propter verbum cõminiscuntur, de quo in ea, secundum vnam ex dictis lecturis, intelligatur in eo, qui producit in iuditio scripturam suspectam, & secundum hanc lecturã dicta lex ex aduerso allegetur: Tamen nos non sumus in casu dictæ legis, quia dicimus, ꝙ scriptura originalis, & verũ originale dicti testamẽti nõ est suspectum, nec suspecta, maximè considerãdo verum intellectum dictæ legis,

de quo per Innocentium in c.primo, de fide instrum. col. pe.
2 in verbo obijcies, vbi declarat † dictam legem Iubemus. nõ procedere, nisi vitium sit visibile, iuxta cap. inter dilectos, de fide instrum. & cap. ex litteris, eod. tit. & iuxta tex. in l. fin. C. de ed. diui Ad. toll. & glo. ibi in verbo vitiatũ, & idem tenet Abb. ibidem in col. penult. versiculo vlterius, &c. & alij cum eo transeunt, & hæc omnia adducit, & sequitur Bossius in titulo de falsis, col. 4. pag. 345. sub nu. 6. qui etiam videatur pagina. 347. sub nu. 34. versi. vides igitur ex præmissis malè dici &c. & magis infra ibi, nec Decius, nec Alex. dicunt, dicit † ꝙ sola suspitio in genere loquendo, non reddit instrumentum nullum; & ꝙ si aliter diceretur, esset contra glo. communiter approbatam in. l. iurisgentium. §. quod ferrè. ff. de pactis, nisi apparens est suspitio, iuxta prædicta idem tenet Specul. in tit. de instr. ęditio. §. breuiter vers. Et scias, qui nó posset clarius loqui, & fuit opi. glo. primę, in d. l. iubemus, quæ vltimo loco hanc opi. recitauit.

Sed in casu nostro verum originale dicti testamenti non reperitur abolitum, abrasum, nec cãcellatum, nec in aliqua sui parte vitiatum, & in eo apparent descriptæ omnes solemnitates requisitæ de iure, & ex forma statutorum Bonon. & assertæ pręsumptiones, seu verius suspiciones ex aduerso allegatæ sunt friuolæ, & à remotis, & non sunt veræ, vt ex præmissis, & infrascriptis clarè liquet, & liquebit, ergo, &c.

Nec obstant dicta per Ioã. de prato in allegato consil. 72. nu. 11. Quia in casu suo præsupponebatur fuisse productum instrumentum nedum suspectũ, immò falsum. Et ideo vult, ꝙ iudex possit punire producentẽ pęna extraordinaria pro motu suo: sed nos negamus instrumentum, de quo agitur, esse falsum, & de hoc disputamus, ergo, &c. Et ibi causa erat ciuilis, vt patet ex serie dicti consilij, nam ibi dubitabatur, vtrum illi Iudices delegati possent punire illam communitatem, quæ produxerat illud instrumentum, & in dicto instrumento erat vitium visibile, quia authenticum in pluribus partibus substãtialibus discordabat ab originali seu prothocolo. Apparet etiam ꝙ ciuiliter agebatur corã dictis delegatis: quia hoc expressè dicitur in consilio præcedenti Domini Francisci de capite listæ quod est 71. sub nu. 8. & melius in consi. 70. per d. Io. de portis, in col. fin. vbi clarè dicitur

tur,& concluditur per dictos DD. delegatos esse pronuntiã dum super possessorio,& petitorio ad fauorem illius communitatis Primei in tribus præcedentibus, quæ sunt dd. Iacobi de Zocchis, Ang. de castro, & Francisci de Aluarotis, videlicet æditis in eadem causa, idem colligitur apertissimè: & ideò dictum consilium 72. Io. de prato non debuisset allegari in ista causa criminalissima, attento ꝙ
3 † in materia falsitatis ciuiliter intentatæ admittitur probatio per coniecturas, & præsumptiones, vt est notissimum, & ponit Bossius sub titulo de partu supposito, pag. 384. nu. 32. vbi etiam meminit,
4 ꝙ † vbi agitur de falsitate instrumenti, suspiciones debent oriri ex inspectione ipsius instrumenti: allegat Paulum de castro in d. l. iubemus, ac Inno. & Abb. in d. c. primo.

Capio modo materiam l. maiorem. C. de falsis, & obiectionem de illa ex aduerso factam, & dico, ꝙ illa nõ obstat d. D. Hyppolito modo aliquo: quia verè litera dictæ l. loquitur in rescripto falso, & licet Doct. deducant dispositionem illius ad vtentem instrumento falso, & de quo etiam habet in l. si falsos. C. eo. tit. & in. l. 2. & 3. C. de fide instrum. Tamen (vt sępius dixi) istud testamentum, de quo agitur, non est falsũ, nec est reprobatum per partem aduersam, sed est bonum, & verum, & pro tali habẽdum: ergo illæ. ll. non faciunt ad propositum: quia in eis præsupponitur pro certo, & firmo, ꝙ instrumentum sit falsum, & ꝙ iam fuerit probatum falsum, & clarè dicit Iac. Butr. in d. l. maiorem, ibi cum iam reperiatur habere instrumentum, quod iam probatũ est falsum; & istud testamentum nostrum nondum fuit declaratum tale, & nunquam declarabitur ita dictante iustitia: immò nec est suspectum de falso, saltem aliquã suspitione à lege approbata, & requisita, vt supra ostensum fuit respondendo obiectioni de d. l. iubemus factæ, &c.

5 Secundo respondeo, ꝙ † dicunt Doct. in. d. l. maiorem, ꝙ dispositio, & præsumptio illius procedit, quia præsumitur, ꝙ ille qui produxit instrumentũ falsum fuerit illius fabricator, ex quo illud habebat penes se, & non constat, ꝙ habuerit ab alio, neque hoc præsumitur, quia factum extrinsecum non præsumitur, nisi probetur. l. in bello. §. facte. ff. de captiuis, ideo præsumitur tale instrumentum fabricasse, nisi indicet auctorem, vel alium, à quo habuerit, vt in simili dicitur

de habente penes se falsam monetam, & rem furatam, iuxta l.inciuilem. C.de furtis: & pro vt Ang. ponit in d.l. maiorē, & Mars. plura. alia similia adducit in.l. qui falsam.ff.de falsis, col.mihi. 14.& 15.iuxta magnam impreß. vbi inter alia, allegat.d. l.maiorem, & Ang.ibi.

Sed in casu nostro, præsumptio ꝙ Hyppolitus fabricauerit dictum testamentum cessat: quia apparet, quis fuerit auctor, & à quo Hyppolitus illud habuerit, cū in margine dicti veri originalis, in processu exhibiti, & relaxati ad instantiam ipsius Hyppoliti, per Regulatorem rogituum Ser Balthassaris notarij rogati de dicto testamento, manu eiusdem Notarij scriptum appareat per eundem Notarium, datum fuisse extra dicto Hyppolito, & etiā Iulio cesari Samachino, ergo, &c. Quamuis in casu nostro cesset penitus ista difficultas, ex quo instrumentum dicti testamenti non probatur falsum, sed probatur verum, prout etiam præsumitur, & vltra præsumptionem quæ pro illo de iure resultat; fuit, & est approbatum, & roboratum diuersimodè, vt ex prædictis, & infrascriptis apparet.

Non obstant modo decisiones in contrarium allegatæ, videlicet Ioannis de prato in sæpe allegato consi. 72. Mars. in consi. 52.nu.35.Alex, in consi. 205.vol.6. & 77.volu. primo, Curtij in cōsi.74.col.fi.Ias.cōsi. 168.in 4.vol.nu.2 & 3.Cin.in l.fin.C.de falsis, Ang.in l.si quis decurio.C.eodem, & eiusdē Curtij in addit, secunda ad dictum consi.55: Quia omnes dicti Doctores se fundant in d.l.iubemus, & in d. l. maiorem, quibus supra fuit responsum, Et tamen addendo dictis responsionibus, dicitur ꝙ Curtius in.d.consi.74.& Ias.dicto cō sil.168.loquuntur, & consulunt in causis ciuiliter motis, & vbi erat vitium visibile, prout etiam facit dictus Ioannes de prato vt supra dixi; & d.Alex.in.d.consi.77.vt sic illum loqui asserit Dec.consi.189.col.prima, nu.2. & cum se fundent in. d.l.iubemus, quæ loquitur in præsumptionibus resultantibus ex vitio visibili.&.l.maiorem præsupponat pro certo falsum,
7 † sunt intelligendi, secūdum leges quas allegant, iuxta doctrinam, Bart.in.l.non solum.§.liberationis verba: de liberatione legata.

Et ad Cyn.in d.l.fin.& Ang.in d.l.si quis decurio, & Curtium in d.additione, ac alios Doctores scribentes in d.l.iubemus

bemus, qui volunt etiam instrumentum reddi suspectum ex vitio latenti, vt ratione personæ Notarii qui fuerit solitus in-
6 strumenta falsa conficere, & etiam ratione personæ producentis humilis, & deplorati, ac soliti vti falsis instrumentis, (vt præsuponitur ex aduerso hæc omnia concurrere in casu de quo agitur:) Rospondetur, q̄ dicti Doctores loquuntur in persona Notarii soliti talia conficere ante confectionem instrumenti, quod fuit productum, & allegatum suspectum, & hoc cessat in casu nostro: quia ante confectionem testamenti, de quo agitur, Notarius de eo rogatus, non fuit condemnatus de falso, sed ex post per duos annos, neque constat; q̄ ante confectionem dicti testamenti aliquod instrumentum falsum, vel scripturam aliquā falsam confecerit, & videātur Doct. in fonte, & ponderentur, quia sic præcisè loquūtur, vt dixi: Et q̄ ita sit intelligendum adduxi decisiones id probā-tes in alijs meis allegationibus, vt patet in eis pag. 15, numero. 16. & 17.

Præterea negatur Hyppolitum assertum producentem dictum testamentum fuisse, vel esse humilem, & deploratum, vt ex aduerso asseritur, quinimmò est bonus ciuis, & ortus ex bonis parentibus, & de bona agnatione, & est persona, quæ possidet satis idoneas facultates, & boni crediti, & opinionis in hac Ciuitate, ne deueniamus ad mensurandum opinionem, & famam aduersariorum: quia nolo obloqui, sed me remmitto ad opinionem populi huius Ciuitatis; quia super hoc contra partem aduersam nolui aliquid articulare, & probare propter modestiam: Et quia didici legibus, statutis, & rationibus non autem conuitijs esse certādum in iuditijs! Si autem pars aduersa conuitiari vult, & alios onerare maledictis, vltra persecutionem operosam; spero q̄ quandoque saltem tempore quadragesimali eam pœnitebit. sed de his hactenus:

Et licet pars aduersa conata fuerit probare malam famā dicti Hippoliti: tamen in vanum laborauit, & illam nullatenus probauit per suos assertos testes, vt supra ostensum fuit:

Nec obstat, q̄ pars aduersa prætendat se probasse Hyppolitum fuisse solitum producere falsa instrumenta, & illis vti, ex quo (vt asserit) idem Hyppolitns produxit duas assertas tenutas falsas: quia adhoc respondebitur inferius loco suo

dum loquar de dictis assertis tenutis.

Et sic ex istis sic vt supra rectè consideratis, & intellectis (prout considerari, & intelligi debent; ne aliàs conficiamus nobis opham in ore, vt aiunt) apparet rectè responsum fundamento maximo partis aduersæ: quod in rei veritate est fundatum in arena, vtpotè super presuppositis in facto minimè veris. & Boss. in tit. de falsis, col. 2. & 3. ex aduerso allegatus mirum in modum facit pro parte Hyppoliti: Quia tenet
8 ꝙ † dispositio d. l. Iubemus procedat tantum in uitio visibili; & licet dicat se mirari, Decium non aduertisse ad illam decis. Innocentij, & sequatium: vult dicere, ꝙ miratur, ꝙ Decius non allegauerit illam decisionẽ pro se in consilijs 175. & 189. dum discutit in illis intellectum decisionum illarum vulgarium Archidiaconi, & Dominici in c. in memoriã. xix.
9 distinct. Et tenet † ꝙ illæ procedant, quo ad capturam duntaxat, vel in causa ciuili, in quibus terminis dicit etiam loqui Alexandrum, in dicto consi. 77. in primo, vol. & Ioannem de Annania in consi. etiam ex aduerso allegato, & vt latius per ipsum Decium præsertim in d. consi. 189. col. prima, in fine sub nu. 2. & in c. porrecta, de confirmatione vtili, vel inutili. in vltimo notabili. Et quam declarationem Decij sequitur Bossius in d. tit. de falsis nu. 5. & 6. & nu. 14. Et Folerius in sua pratica criminali, in versi. Item ꝙ commisit falsum, pagina 183. Et Neuizanus in suo consi. 8. pag. 70. nu. 40. Et Sylua. in consi. 7. nu. 17. in primo thomo, vbi dicit, ꝙ declaratio & opinio Decij in pręmissis est magis communiter recepta. Et idem voluit Anch. Iun. quęst. 73. qui videatur, quia benè loquitur circa hoc, & plures alios allegat Et videatur etiam Gram. in dicto consi. 3. & Soci. Iun. in consi. 61. col. prima. 2.
10 & 3. in secũdo vol. & D. Hypp. de Mars. in rub. ff. de falsis. † reprobat illas decis. Archidi. & Ieminiani multis argumentis, & rationibus, dicens, ꝙ re vera illud eorum dictum videtur nimis arduum, & nimis durum, ꝙ sola suspicio habeat vim falsitatis, & tandem concludit, ꝙ sibi videtur, ꝙ non sit uerũ ita simpliciter, & nisi super tali suspicione sit pronuntiatum per Iudicem, & declaratum, ꝙ illa suspicio habeatur pro ueritate, seruatis tamen seruandis, & ꝙ credit hoc procedere, etiam si lex, vel statutum diceret expressè, ꝙ suspicio falsi habeatur pro veritate, etiam si esset adiecta clausula ipso iure:

Et

Et postea contra illos,& eorum dictum allegat Dinũ in consi.suo 38.incipiente,quod contra; & multa alia dicit, quæ faciunt ad propositum nostrum incipiendo in quarta colũ.in versi.Adde etiam prædictis, ꝙ istud crimen, &c. secundum magnam impressionem,& antiquam , vsque ad finem dictæ
11 rubricæ: Et inter cætera dicit,ꝙ † quis nõ dicitur talis quovsque non est pronuntiatus pro tali,ad hoc allegat Speculatorem loquentem in terminis Notarij,qui commisit falsum, propter quod ex forma statuti, est priuatus offitio tabellio-
12 natus, ꝙ † tamen potest facere instrumenta, & valent, antequam sit priuatus offitio per sententiam Iudicis , & hoc dicit in duobus locis ĩ dicta rubrica,videlicet primo in 5. col. propè finem,in versi.Item pro hac parte facit:nam Notarius committens falsum,&c. Secundo in 7. colũ. propè finem, in versi. Et vltra præmissa,etiam pro hac parte facit optimè illud,&c. Quæ faciunt ad illud quod dicebatur,ꝙ instrumentum testamenti,de quo agitur,non debet esse vitiatum propter commissionem falsitatis, & condemnationem Notarii de eo rogati pòstea sequutas , immò ista dicta Speculatoris faciunt â fortiori quia si Notarius , propter commissionem falsitatis ex forma statuti est priuatus officio, & tamẽ valent instrumenta postea facta antequàm sit priuatus per sententiam. Sequitur ꝙ multomagis debet valere dictum testamẽtum,quia tempore confectionis illius , ille Notarius nullã falsitatem commiserat:

Et vlterius,huiusmodi dicta Speculatoris relata,& sequuta per d.Hyppolitum in locis prædictis, probant concludenter illud quod ego dicebam superius,videlicet ꝙ pars aduersa,non potest se fundare in illo præsupposito facto , & multociens repetito per eam in dictis suis allegationibus, & responsionibus,videlicet,ꝙ instrumentum dicti testamenti sit falsum,inferrendo,ꝙ Hyppolitus dicatur produxisse , & illum vsum fuisse bis instrumentis falsis:

Et contra illud dictum Archid. & Dominici adduco doctrinam Speculatoris in tit.de instru.ędit.in §.breuiter præallegato in versi.. Et scias, ꝙ cum officium tabellionatus sit publicum,&c.vbi postquàm posuit intellectũ d.l. iubemus. C.de probation.Et dixit , ꝙ si instrumentum suspectum est, videtur abiiciendum,nisi producens approbauerit illud per

 illam

illam legem. Et dixit ꝙ ibi loquitur, quando scripturā est vitiata, vel aliàs suspecta ex sui forma, vel propter rasuram allegando capitulum inter. extra fid. instrum. Subdit hæc verba, videlicet. Aliàs autem secus, quia licet aliquæ suspiciones adsint, tamen valet, nisi aliàs contra illud probetur, † nec propter solam suspicionem cassandum est; quia cum in casu nostro (vt sæpè dictum fuit) verum originale dicti testamē ti nullatenus appareat vitiatum, nec in aliqua sui parte suspe ctum, aliquo vitio visibili ue maculatum. Sequitur, ꝙ de alio non est quærendum nisi, an pars aduersa illud reprobauerit, vel testibus, vel aliquibus alijs probationibus, seu præsumptionibus iuris, talibus videlicet, quæ ad falsitatē ostendendam sufficiant in ista causa criminali, quoad condemnationem, ad quam Romulus accusator, siue quærellans agit.

14 Et † quòd dicta dictorum Doctorum in d. c. in memoriam, procedant in causa falsi ciuiliter mota, sequitur Gram. consi lio 30. nu. 5. quem vna cum aliis ad hoc etiā adducit Foler. in d. prat, crim. seculari, pag. 183. nu. 32.

Et contra dictas decisiones Arch. & Dominici, tenet etiam Soci. Iu. in dicto consi. 39. nu. 77. in secūdo, vol. vbi dicit opinionem Decij in dictis consiliis, quam ipse sequitur esse magis communem, idem in effectu tenuit Lancilottus Corradus in suo breuiario pag. 400. nu. 35. allegando Marsilium in l. prima, nu. 58. C. de falsis, & Decium in d. consilio. 75. cōcedentem illam opinionem, de qua in d. c. in memoriā, posse procedere, quoad capturam: & sublatis suspicionibus ex aduerso allegatis, & retento, quòd testamentum sit verum, & minimè falsum, prout in rei veritate est, vt probāt illi duo testes, videlicet Io. Bapt. de Gratianis, & Michael de Quertiis: qui deponunt illud conditum fuisse; & legi vidisse, & audiuisse, qui quantum ad hoc sufficiunt, vt probat Aymo, in consi. 65. nu. 5. & 6. cessat illa consideratio quòd tēdat ad cōmodum dicti Hyppoliti, & ꝙ fuerit publicatum ad sui præsentiam, quia non reperio de iure, ꝙ ista ex se præsumptionem inducant.

15 Prout etiam cessant assertæ suspiciones; quia † quotienscunq; subest aliqua suspicio de aliquo actu si confessio partis adest, suspicio cessat. Ita tenent Doctores vbi Ias. nu. 10. in l. secunda. C. de bono. possess. secundū tabulas: Afflict. in tract.

tract. primo feudorum. capite primo, in tit. qui testes necessarii sint nu. 18. Sed in casu isto illæ mulieres pro quibus Romulus quærelauit, & de quarum interesse præcipuè, & principaliter agitur. Nec nō dictus Romulus in suis petitionibus in causa ciuili factis, & in commissionibus obtentis, & productis in causa ciuili in Rota Bonon. contra dictum Hyppolitum confessæ fuerunt dictum testamentum fuisse cōfectū, & Hypp. fuisse institutū hærēdē in eo per d. Margheritā testatricē, vt etiā dixi in primā informatione, pag. 22. ergo, &c.

Et quòd prædicta vera sint videatur in isto processu Criminali, fol. 168. vbi Excellens Dominus Machellus tunc curator dictarum Dominarum Camillæ, & Thadeę, (de qua cura, & decreto, ac instrumento illius specialiter ad lites cū Hyppolyto, & de iuramento præstito per dictum D. Machellum de faciendo illis vtilia, & inutilia prætermittendo: constat in processu huius causæ fol. 733. aliàs 942. quia ī eo sunt duæ foliationes) petit executionem testamenti, quod producit simpliciter, & indistinctè, vt in eodem proces. fol. 668. vna cum instrumento dictæ curæ, & petitione, ac libello, & fatetur in actu dictæ productionis, & petitionis admisionis illorum, & quam facit prout in eis, ꝙ dictum testamentū fuit conditum per dictam Margheritam, & rogatum per dictum Ser Balthassarem, Videatur ibi: nec non in petitione prædicta, vt supra per eum producta, quæ in processu incipit fol. 708. & prosequitur vsq; ad fol. 732. Sed narratiua, & confessio dicti testamenti facti per dictam Margheritam, & rogati per dictū Ser Balthassarem, & institutio vniuersalis facta de dicto D. Hyppolito habentur fol. 727. in primo latere. Item videatur, fol. 338. alia petitio facta per dictum Dom. Machellum dictis nominibus super exactione legati, de quo in dicto testamento, in qua narratur; quòd Margherita condidit dictum testamentum, & producitur illud simpliciter, & indistinctè, & fatetur, ꝙ dicta Margherita in dicto testamento suum hæredem vniuersalem instituit dictum Hyppolitū. Videatur etiam instrumentum solutionis pecuniarum legati facti per dictam testatricem in dicto testamēto dictis Camilæ, & Thadeæ, in quo instrumento dictæ mulieres cum solemnitatibus statutorum; & cum iuramentis cōfitentur, per dictam Margheritam in eius vltimo testamento fuisse hære-

dem institutum Hyppolitum,& fuit de anno.1562. & die.3. Iunii,& est in processu fol.743. Et † ex quibus productionibus ita simpliciter,& indistincte factis de dicto testamento,oriuntur duo notabiles effectus. Primus videlicet , ꝙ talis producens dicitur fateri omnia cõtenta in testamẽto prædicto vera esse,& non potest illud amplius redarguere de falso, Secundus verò ꝙ dicitur approbare Notarium, de eo rogatum,& illius personam : ita punctualiter concludit d. Frãciscus Aluarottus in consi.67.inter consilia criminalia Ziletæ primitoni,nu.39.cum tribus seq.pag. 135. & idem voluit Ias.in effectu in.l.prima.§.æditiones,col. pen.in 2.& 3. conclusione nu. 12.vsque ad numerum 18.& idem voluit Paris. in consilio 79.in 3.vol.col.prima,nu. 3.& in consilio.125.nume.20.in primo vol.& Rui.consi.64.in 4.vol.nu.4. Allegant omnes Bar.ad hoc in.l.post legatum in prin.ff.de his quibus vt indignis . Ergo non potuit de iure dictus Romulus nominibus dictarum mulierum aliquid dicere de asserta falsitate dicti testamenti, minusq; contra dictum Notarium per prædicta: Nec etiam nomine proprio; quia & si verum esset , ꝙ ipse Romulus non produxerit dictum testamentum : tamen volo aduersarium scire,quòd † confesio,& quęlibet probatio ex instrumento resultans præiudicat etiam eius singulari successori, Aymo consi.29.nu.1.Dec.consi.109. colũ.2. in primo vol.Soci.in consi.68.in tertia col.nu.6.4. volu. Ruin. consi.128.2.uol.& in consi.32.nu.6.volu. primo. Ex quibus apparet non esse in consideratione,ꝙ Romulus non produxerit dictum testamentum,vt hoc dicens scriptor ex aduerso,promittit se quiescere,si id ei ostendatur.

SVMMARIVM.

1 Priuatio præsupponit habitum.

2 Paria sunt ꝙ quis sit in tortura , vel in loco,in quo de facili posit ad illam poni.

3 Paria sunt tortura , & iustus mœtus ipsius torturæ.

4 Mœtus torturæ durare præsumitur quousque reus est dettentus.

5 Paria sunt confiteri in tormentis , vel mœtu tormentorum.

6 Depositionibus, Reorum in tortura factis mágis creditur,quia purgatur omnis deffectus personarũ ipsorum Reorum.

7 Quando aliquis iurat , præsumitur deliberatè accedere ad iuramentum.

8 Nemo præsumitur im memor salu tis æternæ ; præsertim , quando cogitat de ipsius morte de pro-

ximo

ximo futura.

9 Quando aliquis veritatem dixit cõ tra se, præsumendum est, ꝙ etiam in reliquis veritatem dixerit.

10 Verax in vno, idem in aliis præsumitur.

11 Inquisitus si in ipsa damnatione, se & aliàs exculpet, contra quos deposuit, stabitur vltimo dicto in fauorem aliorum.

12 Falsitas de necessitate probanda est.

13 Licet Notarius dicat, instrumentũ per eum rogatum esse falsum, tamẽ non nocet parti.

14 Aliud esse debet vbi agitur de liberatione, aliud vbi de pœna imponenda.

15 In incertis, non autem in certis locus est coniecturis.

16 Quando actus potest se habere ad falsum, & non falsum, præsumitur pro non falso.

17 Ratio affectionis multum operatur, & in iure consideratur.

18 Paria sunt ꝙ fiat donatio propter amicitiã, vel propter benemerita.

19 Testatori licet instituere extraneum, & penitùs ignotum, etiam nulla facta mentione de venientibus ab intestato.

20 Et hoc procedit etiam si institutus blandis sermonibus testatorẽ induxerit ad se instituendum.

21 Verissimilitudo, non est necessaria.

VNDECIMO, in quantum dictus auctor adducit nonnulla de asserta exculpatione dicti Hyppoliti, facta per Notarium in articulo mortis cõstitutum, asserendo ex responsis dicti Notarii constare illum potius culpare Hyppolitum, quàm exculpare, Certè hic est quidam modus exquisitus, quo ratus est idem auctor irrependo, posse nos pedetentim trahere in disputationem extraneam à proposito nostro, & à veritate alienam; Nam si loqueremur de exculpatione (ut ipse fortè cuperet) Hyppolitum culpabilem esse, vel saltem tunc de crimine falsitatis culpatum, tacitè fateri videremur, quandoquidem, exculpatio præsuponat culpam
1 adesse, siue saltem impinctam fuisse: quia † priuatio præsuponit habitum.l. manumissiones quoque, de Iust. & iure, cũ similibus. Declarando igitur mentem nostram dicimus, ꝙ dum adducimus dictum Ser Balthassaris in articulo mortis cum iuramento depositum, & in loco tormentorũ, siue propè illum interrogati: intendimus huiusmodi dictum adducere pro quadam præsumptione militante ad fauorem dicti Hyppoliti, quam pro magna, & valde cõsiderabili habemus; Quia dictus Notarius fuerat tortus die. 9. Martii. 1554. & in processu fol. 805. secundum inferiorem foliationem, & die 12. fuit examinatus specialiter, & in indiuiduo super testamento dictæ Margheritæ, & super tenutis captis per dictum Hyppolitum, in quærella Romuli deductis, dum adhuc esset

dettentus, & in fortijs Domini Auditoris Turroni, & propè locum tormentorum constitutus: quo casu est perinde, ac
2 si esset in tortura: quia † paria sunt, quòd quis in illa sit, vel sit in loco, in quo de facili possit ad illam poni argumento tex. cum ibi not. in l. nouissimè. Et ibi Dyn. & Bal. notant. ff. ꝙ fal so tutore, auctore, & plura ad hoc faciētia adducit dictus D. Hyppolitus de Marsi. in suo consi. 52. Concludens in effectu,
3 ꝙ † paria sunt tortura, & iustus mœtus ipsius torturæ, † qui
4 durare præsumitur, quousq; reus est dettentus, vt ibi per eū nu. 6. & 7. cum pluribus sequētibus. Idē tenet Gram. in cons. 21. nu. 24. & in consi. 65. nu. 6. & 7. vbi multum ad propositū
5 nostrum dicit, ꝙ † paria sunt confiteri in tormentis, vel mœtu tormentorum, & hæc conclusio non habet dubiū, & Ideo vlterius non progredior circa hoc, nisi quia dicam, ꝙ semper allegatur Bal. in. l. interpositas parum ante finem. C. de transact. vbi est bona additio Cælsi sub litera A.

Et sic perinde est, ac si illud dictum in tortura ipsa verè deposuisset: ex quibus videtur confundi illud, quod ex aduerso dicebatur, ꝙ dictus Ser Balthassar dictum huiusmodi non deposuerat in tormentis. Et proptera infero, quòd concurrentibus istis videlicet, quòd in tortura deposuerit illud dictum, & dum esset in articulo mortis, & cum iuramento, & ꝙ veritatem dixit in pluribus alijs, etiam contra se, vt patet in eius constitutis: quæ habentur à fol. 800. vsque ad fol. 823. inclusiuè. Proculdubio ei erit credendum, quia clarum est,
6 ꝙ † depositionibus reorum in tortura factis magis creditur, cum purgetur omnis deffectus, qui aliàs considerari posset in persona ipsius rei torti; Et cum ista sit clara conclusio nō curo laborare in allegationibus. Item habemus aliam cōclu
7 sionem clarissimam, ꝙ † quando aliquis iurat, præsumitur deliberatè accedere ad iuramentum. c. ex Rescripto de iure
8 iuran. Et † nemo præsumitur immemor salutis æternæ, & maximè quando cogitat de morte ipsius de proximo futura, prout verissimiliter cogitabat dictus Ser Balthassar: Et ha-
9 bemus aliam, quæ est, ꝙ † quando aliquis dixit veritatem in vno contra se, præsumendum est, ꝙ etiam in alijs dixerit veritatem, iuxtà doctrinam Panormitani singularem in. c. auditis, col. pen. de præscriptionibus: vbi dicit, quòd si aliquis confiteatur cōmisisse homicidium ad sui deffensionem, non

erit

erit puniendus pœna capitis, si aliter non constet de tali homicidio, quàm per dictam confessionem: quia verissimile est, ꝙ sicut dixit veritatem, ꝙ occidit: etiam verum dixerit in eo, quòd fecerit ad sui defensionem; & Ideò non punitur pœna ordinaria, sed ab ea releuatur propter presump. prædictā (tantū operatur dicta præsumptio,) & dictā doctrinam sequitur Dec. in l. prima, col. 4. ff. si cer. petatur, & eam reffert, & sequitur Ripa in repetitione. c. cum ecclesia sutrina, nu. 30. & 31. de causa possessionis, & proprietatis: tenens, ꝙ etiam in casu, de quo ipse loquitur relleuetur confitens, propter suam confessionem: & ei credatur in alio; ad quod benè facit quod voluit Crauetta in consi. 98. col. penul. in fine,
10 versi. Tertio plurimum, &c, nu. 6. ꝙ verax in vno, idē in aliis præsumatur: & quod voluit Gram. in. d. consilio. 21. nu. 27.
11 ꝙ † si inquisitus in ipsa damnatione se, & alios exculpet contra quos deposuit, stabitur vltimo dicto in fauorem aliorū: quod dictum est in fortioribus terminis, & faceret pro dicto Hyppolito, dato sine veri præiudicio, ꝙ ageretur de exculpatione, prout tamen non agitur per prædicta, & quia nunquā culpatus fuit de isto crimine, nisi per dictum Romulum.

Istis sic præmissis, modo videndum est, an dictus Ser Balthassar in suis constitutis dicat aliquid, quod noceat dicto Hyppolito, uel illum ostēdat suspectum de isto crimine, de quo per dictum Romulum accusatus fuit. Et quia (teste philosopho) sermones nostri circa particularia sunt veriores, Dico, quòd dictus Ser Balthassar existens constitutus vbi, & vt supra, interrogatus per Mag. D. tunc Auditorem Turroni in indiuiduo super veritate confectionis dicti testamēti prædictæ D. Margheritæ, & tenutarum apprehensarum per Hyppolytum de bonis hæreditariis eiusdem, concurrētibus omnibus dictis qualitatibus supra ponderatis, & postquàm probauerat alias falsitates per ipsum cōmissas, conficiendo alia instrumenta falsa ad prȩiuditium nonnullarum personarum & ostensa sibi copia dicti testamenti verissimiliter loquendo dicto D. Auditori traddita per Vincentium de sellis patrē, & legitimum administratorem Thadeæ, & Camillæ aduersariarum vxorum dicti Romuli, & Herculis eius fratris, & quorum omnium nominibus Romulus quærellauit contra dictum D. Hyppolitum Respondit: per hæc verba videlicet. Io

la de necessitate probari debet, vt totiens dictum fuit, per glo.Bal.& alios omnes in l. iurisgentium. §. quod ferrè: de pactis: quæ glo.est communiter approbata secundum Boss. tit.de falsis nu.14.Alex.consi.70.in primo vol.& Dec.dictis consi.101.175.& 189.& infinitos alios Doctores, quos ommitto.

Non obstat, quòd Angelus Nicola fecerit illam minutam, & quòd ipse sit descriptus pro legatario in dicto testamento, & quòd etiam ipse erat malæ famæ, & fuit crematus, &c. quia non reperio de iure, quòd si alius facit minutam vnius testamenti, & in eo de voluntate testatoris describat se pro legatario, & postea dictus Notarius, sit rogàtus de tali testamento, & illud stipuletur, & legat iuxta talem minutam, ex hoc dicatur falsitatem commisisse, & cuperem hoc mihi ostendi in iure ab aduersario, Ego benè reperio contrarium consultum per.d. Alex.in consi.74.primo vol.col.3.in fin.& 4.in princ.in versi.circa vltimum dubium, &c. Et faciunt notata per Bart.in l.si quis obrepserit ff. de falsis, & ibi in additionibus, de illo qui traddidit cedulam falsam Notario, qui bona fide scripsit illud, quod in ea cõtinebatur. De quo etiã per eundem Bar.in consi.199.incip.Tudertinus quidam. Et per Anch.Iun.in quæst.44.nomen, &c. & magis in terminis videatur Boss.in.d.tit.de falsis, nu.114.pag.362.versi.Et quãdo hæres, &c.& per eundem in eo.tit.sub nu. 100.pag. 359. quamuis non simus in isto casu, quia Ser Balthassar dicit, ꝙ confecit illud testamentum iuxta illã notulam sibi traditam per Ser Ang.Nicolam de voluntate tamen dictæ testatricis, & vt supra rettuli, Benefateor quòd si dictus Ser Ang. Nicola fuisset rogatus de dicto testamento, in quo sibi ascripsisset illud legatum incurrisset pœnam falsi per text. in.l.3. & 4.C.de his qui sibi adscribunt in testamento; sed cum ipse non fuerit rogatus, sed alius qui pro veritate de voluntate testatricis fècit illud testamentum, vt in eo iacet; & vt ipse dixit uisa copia eiusdem, ut supra, & ut dicunt etiã alii duo testes descripti in dicto testamento; qui clarè deponunt se uidisse, & audiuisse illud legi, uiuente dicta Margherita coram multis personis. Sequitur quòd cessat omnis suspicio.

Attamen in quantum dictus auctor; uidetur præsupponere quòd dicta per dictum Ser Balthassarem in eius constitu-

tis, culpent dictum Hyppolitum,& illi potius noceant. Respondetur saluis semper præmissis,& citra illorum præiudicium,& sic ex abundanti,quòd aliquod dictum dicti Ser Balthassaris, (si & quatenus,aliquid dixisset,quod esset vel esse videretur contra dictum D.Hyppolitum) eidem D. Hyppolito,in aliquo non obesset,nec præiudicaret,allego Cor. in consi.261. in.4.vol.col.pen.sub litera B.versic. facit quia, &c. & Bossiú.in titulo de falsis pag.359.nu.95.vbi dicit post Paulum de Castro in.l.scia.ff.ad velleianum. & Barto. in.l.si
13 quis in graui.§.primo,ad sillanianum,ꝙ † licet Notarius dicat tale instrumentum per eum rogatum esse falsum, tamen non nocet parti,& adducit alias decisiones in simili,præsertim de Iudice asserente se tulisse sententiam pecunia corruptum,&c. Et ad idem videatur Bossiusmet in eod.tit.nu.12.

Non obstant etiam adducta per Alex.in consi.primo,in 3. volumine,vbi allegat Bal.in l.prima.C.com.de legatis.Quia Alex.ibi præsupponit, ꝙ exculpatus iuuetur in tantum,ꝙ nõ possit torqueri ex inditijs existentibus contra se, si non constat liquidè de crimine per eum commisso, Sed hic non constat liquidè neque modo aliquo, Ergo dato, ꝙ essemus in exculpatione: dicta per Alex. ibi adhuc facerent pro Hyppolito. Minusq; obstant adducta per eundem Alexandrum in consi.14.Quia ibi agebatur de dicto illius,qui fuerat vulneratus, & culpauerat, ac nominauerat alium pro vulnerante, & meritò concludit ibi Alexand. ꝙ dictum talis vulnerati non facit indicium ad torturam, contra culpatum, immò idem Alex.in fin.2.col. sub nu.5. in libro meo. dicit, ꝙ
14 † aliud esse debet vbi agitur de liberatione,& aliud vbi agitur de pœna imponenda, & sic facit pro nobis,& non contra nos,ita vt possit fieri retorcutio in aduersarios,qui fortè nõ legerunt totum dictum consilium. Nec ponderarunt aliud supra allegatum quod similiter facit pro nobis.

Non obstat, dum dicitur in secunda informatione partis aduersæ incipiente Addendo,&c. nu. 14. ꝙ minimè credendum sit Ser Balthassari,cum (secũdum auctorem dictæ informationis) satis dicitur cõstare de liquida falsitate,Quia dicitur, ꝙ istud prẹsuppositum est falsissimum,Ergo allegata ibi non faciunt ad propositum.Minus obstat dum secundo loco ibi dicitur,ꝙ licet institutio uera fuerit: tamen forma, &

sub-

substãtialis qualitas cognitionis falsa fuit. Quia hoc ē quod negatur, & supra probatum fuit, ꝙ dicta cognitio non reprobatur, nec reprobata dici potest per illos duos testes, qui in effectu verè & concludenter dictam cognitionē nō negant, nec dicunt se non dixisse Notario, ꝙ cognoscebant dictam Dominam Margheritam, & dictus frater Modestus vnus ex illis propter qualitatem eius personæ in ista causa examinari non potuit, nec debuit, & eius dicto non statur, nec creditur etiam quoad simplex inditium propter interdictum Canonis, & ob alios deffectus supra ponderatos, & adductos, & dictus Io. Baptista est pauperimus, vacillans, & contrarius, ac varius, & mendax ac periurus, vt supra clarè ostensum fuit. Ergo multo minus dicitur reprobata dicta cognitio, & scriptura Notarij in quantum scripsit dictos testes dixisse se cognouisse, & cognoscere dictam testatricem.

Prout etiam non obstat dum dicitur, ꝙ immò Ser Balthassar confitetur respectu partis dicti testamenti falsitatem, ergo in totum redditur falsum, quia expressè negatur, ꝙ dictus Ser Balthassar id confiteatur: Et cōstat de contrario per ea quæ dixi supra, dum retuli ad verbum, verba ipsius S. Balthassaris. Et profectò mirum videtur, ꝙ dictus auctor audeat tam aperta frōte præsupponere ea, in quibus de facili per lecturam processus ipse de mendatio conuinci potest.

Sicut etiam potest conuinci in eo quod dicit in dicta sua secunda allegatione, sub dicto nu. 14. ꝙ dicta Margherita nō condidit testamentum. Cum de contrario manifestè constet in processu, & quidē per testes per ipsummet Romulū quærelantē inductos, & examinatos, prout supra dictū fuit quod non repeto, & per confessiones aduersariarum, & per memoriale fratrum Sancti Martini, & per alia argumenta aliàs, & in præsenti informatione adducta.

Non obstat etiam dum dicitur ex aduerso in loco supra proximè citato, quòd non est verissimile ꝙ exhæredatis neptibus amabilibus, & benemeritis, & instituto extraneo, qui nullum contulit beneficium, & stantibus vitiis testamenti, cum mala fama Notarii, & producentis, sequitur secundum dictum auctorem, ꝙ contra instrumentum est probata falsitas, & stantibus alijs coniecturis, &c. Quia quantum ad asser tas cācellationes, & assertā malā famāNotarii, & producētis,

cerat fideicommissum vniuersale, ad quod sunt vocatæ dictæ neptes, vt optimè norat ipsa testatrix, & cuius vigore medietas saltem omnium bonorum, per eandem testatricē possessorum, erat restituenda dictis neptibus, & prout sic ipsæ, vigore dicti fideicommisſi, bona ad ipsas deuoluta petierunt narrando dictum fideicōmissum, vt in processu isto fol. 708. vsque ad fol. 732. cum quibus bonis dictæ neptes satis competenter poterant nubere, & se dotare, iuxta statum, & conditionem earundem, vltra quæ etiam poterant in eadē causa errogare dictas libras ducentas, & vestes eis relictas per ipsam testatricem: & hæc ratio potest assignari: quæ fuerit à testatrice considerata, propter quam dicta testatrix non curauerit illas vniuersaliter in bonis suis propriis, quæ iure legitimæ, & trebelianicæ ex bonis paternis detrahære poterat (cum alia non haberet) instituere.

Prout etiam considerandum est aliud in facto, videlicet, ꝙ dicta testatrix meritò male sentiebat de Vincentio de Sellis patre dictarum Camillæ, & Taddeæ, vt semper affirmauit cum iuramento dominus Hyppolitus in suis constitutis, assignando rationem propter quam dictus Vincentius erat inuisus dictæ Margheritæ testatrici, quæ etiā colligitur ex processu, & actis in quibus clarè constat, ꝙ dictus Vincentius negligebat ipsam Margheritā eius socrum, & Magdalenam dictę Margheritæ filiā: cum maximè ob ipsius Vincentii negligentiam, & modicam caritatem: dictæ mulieres ægrotantes coactæ fuerunt se conferre in domum Iulii Cæsaris de Samachinis, in qua dicta Magdalena decesſit: post cuius obitum ipsa Margherita neglecta à dicto Vincētio se defferri fecit in domum dicti Domini Hyppoliti: absque eo, ꝙ constet dictū Vincentium quæsiuisse dictas mulieres reducere ad eius domum, illisq; de necessariis prouidere, prout iure sanguinis sibi incumbebat: ex qua consideratione, cessabit admiratio partis aduersæ: si modò admiratur de dicta institutione, pariterq; cessabit asserta inuerissimilitudo allegata per eā: quia videmus, ꝙ aliquando propter odium vnius, & offensam ab uno receptam, alius exhæredatur: licet quærela competere dicatur l. cum te pietatis. C. de inoffi. testam. & fortè ista testatrix legem antiquā Iulii Pauli sequuta de qua in. l. si quis suo. C. eod. titu. ita dispoſuit: licet re vera dictas neptes non

exhære-

exhæredauerit, vt dixi: Rurſus ex eadem conſideratione nõ admirabitur quiſpiam, ſi dicta Margherita inſtituit vniuerſaliter dictum dominum Hyppolitum, cui non modicam affectionem habebat, & de quo multum confidebat, vt cõſtat: ex eo, ꝙ ipſa exiſtens in domo Iulii Cæſaris Samachini eius affinis, ſponte curauit ſe defferri ad domum dicti Hyppoliti infirma, vt ibi ſtaret ſub gubernio eiuſdem, vt narrat, & deponit dictus Iulius Cæſar examinatus pro curia: vt habetur in proceſſu fol. 444. & in ſequentibus: ex cuius Iulii Cæſaris examine: & etiam ex examinibus Ioannis Baptiſtæ de Gratianis probatur, ꝙ Hyppolitus de eadẽ Margherita infirma curam habuit: & ei de neceſſariis prouidit in deffectu dicti
17 Vincentii: quãdoquidem † ratio affectionis multum operetur, & in iure conſideretur l. affectionis. ff. de donatio: vbi
18 probatur, ꝙ † paria ſũt, ꝙ fiat donatio propter amicitias, vel propter benemerita, ad quod facit illud, quod voluit Pariſ. in conſilio 79. in ſecondo vol. ſub nu. 15. ꝙ conſiderata caritate, dilectione, & amore, quem teſtator gerebat in legatarium, legata amplientur: allegat tex. in l. ſi ſeruus plurium. §. fi. de leg. primo, & illa ratio, ꝙ non ſit veriſſimile, ꝙ teſtatrix voluerit Hyppolitum extraneum inſtituere vniuerſaliter, & neptes duntaxat in re certa, eſt perſuaſiua, & non neceſſaria: quo caſu non obſtat: vt in ſimili reſpondet cuidam argumento, Angelus in conſi. 184. ex forma, & ſerie, col. pri
19 ma, quãdoquidem, videamus † licere teſtatori inſtituere extraneum, & penitus ignotum, etiam nulla facta mentione de affinibus venientibus ab inteſtato. l. extraneum. C. de hæred. inſti. & conſulit Cumanus in conſi. 89. incipien. Deriſorium videtur quærere, vbi fuerat inſtituta vxor (exiſtente filia) & dicit, ꝙ eſt deriſorium quærere, an ille teſtator id facere potuerit: † quod procedit etiam ſi inſtitutus blãdis ſermonibus
20 teſtatorem induxerit ad ſe inſtituendum l. fi. C. ſi quis aliquẽ teſtari prohibuerit, & ita dixit Cuman. in proximo dicto cõſilio in principio: cui ego addo text. pulcrum in. l. fin. ff. ſi quis aliquem teſtari prohibuerit, vel coegerit. Dilectio nanque, quam habebat domina Margherita, erga dominũ Hyppolitum, & maior quàm erga ſuas Neptes, ultra prædicta ẽt arguitur ex eo ꝙ plus illũ honorauit, inſtituendo eum titulo vniuerſali vt fecit, ita arguit Aymo in conſi. ibi. col. 2. nu. 5. Qui-

5. Quibus omnibus consideratis, quæ in iure fundata sunt, cessant argumenta ex aduerso facta de asserta verissimilitudine, & alijs friuolis exaduerso adductis, quæ sunt multum à re motis, vt de se patet, & non sunt necessaria, vt dixi.l. neque natales.C.de probatio.cum similibus.

SVMMARIVM.

1 In causa criminali, post conclusum in causa, contra reum non possunt de iure testes examinari.

2 Et hoc maxime procedit, vbi interuenit adiutor, & Iudex non procedit ex mœro offitio.

3 Et hæc est communis opinio.

4 Testibus non verissimilia deponētibus, non est credendum.

5 Licet Notarius rogatus de aliquo instrumento, dicat illud falsum: tamen non nocet parti.

DVODECIMO, dum dicitur per eundem authorem, ꝙ arguitur contra dictum testamentum ex dicto Ser Angeli Nicolæ legatarii, in articulo mortis deponentis (vt asserit) dictum Hyppolitum non debere se valere ex dicto testamento, vt dicit, ꝙ fatetur ille sacerdos: cui soli inquit esse credendum propter curam animæ, & quia in actu pœnitētiali, & pro exoneratione conscientiæ, maximè (dicit ipse) concurrentibus alijs coniecturis, & inditiis, & dictis duorū aliorum testium, &c. allegan. Corn. consi. 261. in. 4. vol. & Beroum. q. 12. familiarium, & cæt. Breuiter respondeo, & dico, ꝙ examen factum de dicto sacerdote, qui etiam est religiosus, & frater ordinis Cœlestinorum, & dictorum aliorum testium est nullum, & per consequens de eis nulla ratio haberi debet: Nam fuerunt præfati testes examinati post conclusionem in causa per lapsum omnium dilationum, & publicationem processus, & testium, vt patet ex actibus, & ad
1 offensam parte instāte. † quod fieri non potest de iure, vt cōcludit Fely. in. c. cum clamor. de testibus in pen. col. nu. 3. in versiculo, secūda conclusio, Goffr. in summa. titulo de accus. nu. 16. pag. 395. iuxta paruam, & nouam impresionem, Bal. in consi. 78. textus in quo, &c. in. 3. vol. parum ante finem, nu
2 me. 5. in quibus locis præfati Doctores tenent † hoc indubitanter procedere, vbi interuenerit adiutor, & iudex nō procedit ex mœro offitio: & ꝙ ad offensam, & contra reum, post publicationem testium, & conclusum in causa, non possint

3 de nouo alii testes recipi: & q † hæc sit communis opinio, tenuit Marſ.in pratica in.§.ſequens in princ. idē tenet Boſs. in ſuo opere ſub tit.de publica.proceſſus,pagina.427. in verſiculo. An publicato proceſſu,&c.Marſ.in ſing.90.Incipien. fauorabiliores,&c.

Et iſta tollunt penitus dicta omniũ illorum trium teſtiũ, qui fuerunt examinati (vt dicitur) ſuper aſſertis verbis Angeli Nicolæ, qui vt dicitur rogauit illum fratrem,vt ſupra.

Secundo eliduntur dicta dictorum fratris, & aliorũ duorum: ex teſtamento condito per dictum AngelumNicolam, dũ eſſet in articulo mortis,& ſuplitio proximus in actis præſentis cauſæ producto,rogato per Ser Paridem de Zanis, in quo ipſe Angelus Nicola (vt patet) diſpoſuit de legato librarum centum, ſibi relicto per dictam Margharitam,in teſtamento,de quo agitur; quomodo igitur deponunt dictus frater Cœleſtinorum,& dicti duo teſtes veriſſimilia: dicentes Angelum Nicolam dixiſſe, q Hyppolitus non ſe valeret de dicto teſtamento,quaſi velint dicere,quia eſſet falſum: ſi ipſemet de dicto legato diſpoſuit in teſtamēto cum quo deceſsit? certè ego non video, in hoc aliquam veriſſimilitudi-
4 nem concurrere,& certum eſt, q † teſtibus non veriſſimilia deponentibus non eſt credendum.l.3.§.ideoq;,in fi.ff.de teſtibus.l.ob carmen.§.ſi teſtes,eo.tit.& latè Rolandus à valle in conſil.7.nu.17.cum ſeq.vbi multos citat,&Crau.ſimiliter in conſi.134.nu.36.&c.

Tertio dictus frater non caret magna,& veriſſimili ſuſpicione fraudis,& ſubornationis,quia apparet,q illius examē fuit mendicatum per Ioannem Baptiſtam Albarinum vnum ex teſtibus per aduerſarium examinatis, affinem,& maximũ amicum dicti fratris, tunc in ciuitate Cumarum exiſtentis, vt patet ex quadam epiſtola manu dicti fratris ſcripta dicto Ioanni Baptiſtæ,& in proceſſu præſentis cauſæ regiſtrata:quę videatur. Itē ex quo aduerſarius,licet nulliter,& contra formam iuris,obtinuerit ſibi decerni litteras remiſſorias ad dictam ciuitatem Cumarum,ad effectum (vt tunc dixit) examinandi dictum fratrem,quæ fuerunt clauſæ cum interrogatoriis incluſis,tamen non apparet,q poſtmodum illas Iudici,cui erant directæ, præſentauerit in dicta ciuitate: & vtinā illas non retinuerit penes ſe, vt videret noſtra interrogatoria,

ria, & inſtrueret illos teſtes: nam curauit, & expectauit, ꝙ dictus frater veniret Bononiam, vt cõmodius ageret, quod habebat in mente: qui ſtatim poſt illius depoſitionem, iter arripuit, & ſe abſentauit, à ciuitate, & territorio Bononiæ, illicentiatus à iudice, & aliter non dato fideiuſſore de ſe præſentando:

Quarto dico, ꝙ obſtant dicto fratri, qui (vt idem aduerſarius atteſtatur in ſua ſecunda informationene nu. 6.) eſt ſacerdos, omnia ea quæ ſupra dicta fuerunt, nec non in mea prima informatione reſpectu perſonæ fratris Modeſti, ad quæ me remitto.

Quinto ex abundanti dico, ꝙ dato millies (ſine veri præiudicio) ꝙ prædicta non obſtarent, & ꝙ conſtaret legitimè, ꝙ dictus Angelus Nicola ea verba protuliſſet, attamen non nocerent domino Hyppolito, vt probatur per ea, quæ poſt Paulum de Caſtr. & Bar. quos allegat. volui t Boſs. in fortioribus terminis in opere ſuo tit. de falſis, pag. 359. nu. 95. videli
5 cet, ꝙ † licet Notarius rogatus de inſtrumento, dicat illud eſſe falſum, tamen non nocet parti: quod etiam tennit Cor. in conſilio 261. colum. penult. litera B. verſic facit quia, &c. in quarto volumine.

Non obſtant Deciſ. Beroi, & Cornei exaduerſo adductæ. Quia reſpondetur, ꝙ Berous loquitur in caſu longe diuerſo à caſu noſtro, nam in terminis illius. q. ille ſacerdos non fuerat examinatus in cauſa criminali, & ſecundum aduerſarium capitali, ut ſupra in caſu noſtro, ſed ille ſacerdos habebat vnam literam cambij penes ſe, quæ fuerat teſtatricis, quã idem ſacerdos in confeſsione audiuerat, & aiebat, ꝙ illa teſtatrix huiuſmodi literam ſibi tradiderat, eiq; impoſuerat in confeſsione, qualiter pecunias ex ipſa litera exigendas, pro eius anima diſtribueret, & quærebatur ibi, an de hoc illi ſacerdoti credendum eſſet, & concludit ipſe Berous quòd ſic, attenta qualitate, & conditione illius optimi ſacerdotis, (ita enim illum appellat) & attenta quantitate eius, de quo quærebatur, vnde apparet, ꝙ in multis differt ille caſus à caſu noſtro; Et primo, ille erat optimus ſacerdos: ſed hic non apparet iſtum fratrem fuiſſe vel eſſe talem: immò contra eũ præſumitur qui deponendo propria auctoritate in cauſa criminali, & capitali, vt prætenditur effectus fuit irregularis, & ſic

criminosus, & præuaricatus est sacros canones in multis, & ex pluribus aliis est suspectus, vt supra dixi, dum locutus fui tam de ipso, quàm de fratre Modesto. Secundo, contra illũ nulla millitabat suspicio, sed hic ĩ isto millitat, vt supra probaui; Item ille non inferebat magnum præiudicium hæredi, sed si crederetur huic fratri præiudicaretur hæredi in tota hæreditate. Vltimo non testificabatur in aliquo iuditio, iste autem testificatur in iuditio criminali, & capitali, vt supra dixi, & sine licentia Episcopi vel alterius. Ergo dicta quæstio non mœretur in isto casu allegari.

Prout nec decis. Cor. in dicto consilio 261. in col. fin. vbi loquitur de præsbitero confessore, qui confessionem audiuit: de quo dicit ius multum confidere, quia est deputatus iudex animarum, & in specie illius testatoris de quo ibi loquitur. Nam in illo casu, Corn. adducebat dictum præsbiterum in testem, ad fauorem testamenti: hic autem iste frater adducitur contra testamentum, & quanta sit diuersitas inter vnum casum, & alium: nemo est qui non videat: igitur de illo casu ad casum nostrum non est inferendum, maximè cum non sit probata hic illa qualitas, ꝙ iste frater fuerit cõfessor, propter quam ita dicunt dicti Doctores.

SVMMARIVM.

1 Testamenta nuncupatiua, & in eis disposita, post testatorũ mortem, communiter manifestari solent.

2 Falsitas Notarii aliter probatur ciuiliter agendo, & aliter, si criminaliter agatur.

3 Intellectus ad illam conclusionem; ꝙ præsumptiones dicuntur liquidissimæ probationes.

4 In causa criminali præsumptionibus, & coniecturis non est condẽnatoriè iudicandum.

5 Dispositio l. licet imperator, de leg. primo dum loquitur de coniecturis, procedit tantum in ciuilibus.

6 Et ideo ex hoc, & aliis respectibus infertur, ꝙ malè, & perperam allegatur in ista causa.

7 Pro gestis à Iudice lex præsumit.

8 Præsumptio calumniæ oritur contra diu tacentem, & iura sua non producentem

9 Contra illum, qui habet præsumptiones iuris pro se requiruntur pleniores, & fortiores probatiões.

10 Vna præsumptio tollit aliam.

11 Fortior præsumptio tollit debiliorem, & specialis generalem.

12 Præsumptio non dicitur probatio.

13 In causa criminali requiruntur probationes qualificatæ, & luce meridiana clariores etiam si reus nullã pro se haberet præsumptionẽ.

14 Sufficit, vt quis aliquam præsumptionem habeat pro se, ad hoc vt excusetur à falso.

Tertio de-

TERTIODECIMO, in quãtum ille author asserit in sua secunda informatione num. 10. ꝙ testamentum, de quo agitur, clàm & occultè factum fuit: vt in notitiam eius, cuius intererat, peruenire non posset, & ideo infertur, vt sequatur ꝙ non bono animo, sed fraudolenter, & dolosè præsumitur factum, subdens, ꝙ falsitates ex præsumptionibus, & coniecturis probantur, &c. Respõdetur, ꝙ deberet dictus author cauere à tot mendatijs maximè conuincibilibus ex lectura processus, nam in processu constat, ꝙ dictum testamentum fuit de die confectum, & coram quampluribus, & multis personis: & hoc ex dictis testium pro parte Romuli examinatorum pro informatione curiæ, & postea repetitorum, qui approbarunt eorũ priora dicta, quãdo repetiti fuerunt, Videatur processus in fol. 1167. & sequen. vbi Ioannes Baptista Gratianus prædicta deponit, & etiam videatur in fol. 549. & 550. vbi Michael de Quercijs dicit, ꝙ aderant lecturæ dicti testamenti, multæ gentes, & vnus frater sancti Martini, Quomodo igitur audet ille dicere, ꝙ fuit factum clàm, & vt supra? Et pro dicto Hyppolito, & contra dictum aduersariũ, in hoc benè facit decis. Dec. in. l. eius qui in prouincia in. §. ꝙ si stipulatus, nu. 8. ff. si cert. pet. vbi loquitur de testamento nuncupatiuo, vt est illud, de quo agitur, & dicit, ꝙ † post mortem omnia contenta in talibus testamentis manifestari solent, quia Notarius, & testes habent notitiam eorum, quæ disponuntur in eis, & citat Paul. de castr. in consi. 19. qui benè loquitur in primo vol. secundum antiquam impræssionem, & est in secunda col. in principio, & ibidem etiã tenuit Dec. in consi. 393. in casu occurrenti, col. 2. nu. 3. & 4. & in consi. 287. nu. 15. & 16. & Paris. consi. 16. in secundo vol.

Quinimmò videantur asserti testes examinati ad instantiam dicti Romuli pro curiæ informatione, quia dicunt, ꝙ statim facto testamento prædicto, fuit scitum, & ꝙ multi loquebantur super eo, & ille Franciscus de clerico baiulus, vnus ex dictis testibus dicit, se dici audiuisse in vicinia, dictã Margheritam reliquisse hæredem dominum Hyppolitum, Et fratres sancti Martini scripserunt in libro similium memorialium memoriam relictorum factorum per dictam testatricem in dicto testamento eorum interesse respicientium. Vnde ex istis omnibus apparet manifestè dictum testamen-

tum palam, & bona fide fuisse factum.

Præterea non ne constat in processu fol. 958. & 961. ꝙ instan. Hyppolito, per viginti dies ad plus, post factum dictum testamentum, fuerunt factæ citationes, & proclamata legatariorum, & creditorum dictæ Margheritæ in locis publicis, & in triuijs huius ciuitatis, ad videndum fieri inuentarium bonorum hæreditariorum dictæ testatricis prr eundem Hyppolitum, vti hæredem, & postea dictum inuentarium sic fuit cõfectum coram prætore dictæ ciuitatis, pro tribunali sedente, & sic coram conuentu multarum personarũ, quæ tali hora in illo loco reperiuntur, à communiter accidentibus, & de eo fuerunt rogati duo Notarii, & adhibiti fuerunt tres vicini, & alij testes, vt patet in eodem processu, fol. 990. secundum superiorem foliationem? Quomodo igitur audet dicere, & inuulgare dictus aduersarius fronte tam aperta Dominum Hyppolitum clandestinè dictum testamẽtum fieri procurasse, & dolosè, ac fraudolenter se gessisse? Ex præmissis enim nedum probatur totum oppositum, verum etiam resultat maxima pręsumptio pro veritate dicti testaméti; Quia ea, quæ falsò fabricantur, non consueuerunt ita propalari, & diuulgari; nec tam citò. Ideo caueat aduersarius ab istis falsis imputationibus, quia (vt patet) ex gestis per dictum dominum Hyppolitum, non resultat aliqua coniectura ad probandum assertam falsitatem, vt ipse asseruit, sed potius resultat, ad probandum veritatem dicti testamenti, vt patet, rursusq; caueat ab allegationibus decisionum contra se facientium, quia D. Ias. per ipsum citatum in. l. licet imperator. ff. de leg. primo, facit de directo contra ipsum. Nam dicit, ꝙ
2 † falsitas Notarii potest probari per coniecturas verissimiles agendo ciuiliter, & allegat Ioan. de Anania in consil. 49.
3 de quo etiam supra, & magis infra sub num. 11. inquit † conclusionẽ illã, quę sumitur ex illo tex. videlicet, ꝙ pręsumptiones dicantur liquidissimæ probationes, limitari, vt procedat, quando sunt legittimæ à iure approbatæ: quia tunc illæ habentur pro vera probatione, aliàs per solas cõiecturas non induceretur probatio, de qua in illa lege, & sic ex dictis per D. Ias. ibi confunduntur multa adducta per dictum authorem in suis scriptis: dum totiens se fundat in assertis coniecturis, quæ duntaxat possent habere locum, vbi ciuiliter ageretur,

ageretur,non autem in ista causa (vt ita dicam) criminalissima,& in omnem euentum tales coniecturæ non debent eē hominis,sed legis,vt dicit D.Iaſ.ibi. Et vbi essemus in casu, in quo coniecturæ hominis attendi possent;tamen si fierent per hominem,interesse in causa habentem, & animi passione ductum, non attenderentur,sed procedere debent à bono viro,idest à iudice sincero. Sed in hoc non est immorandum; quandoquidem † in hac causa,coniecturis, & præsumptionibus non est iudicandum condemnatoriè;vt aliàs probauit excellentissimus D. Iulius Scarlatinus aduocatus domini Hyppoliti in sua allegatione impressa, quæ habetur pagi.65.vbi ab initio eiusdem, vsque ad numerum secundum exclusiuè,plures decisiones allegat, & probat in effectu, ꝙ ista est verior,cōmunior,& ęquior opinio: ad quæ ibi dicta, breuitatis causa me remitto:addendo duntaxat Soci.Iun. in consi.61.in.2.vol.in primo dubio.

4

5 Et ꝙ † dispositio dictæ legis,licet imperator. procedat in ciuilibus,uideatur Boss.qui ita eam allegat,in tit.de indi.& consid.ante.torturam pag.191.Ergo malè,& perperam allegatur in ista causa pluribus respectibus. † Tum quia procedit in ciuilibus,tum quia coniecturæ, & præsumptiones in casu isto non sufficerent, tum,& tertio, quia vbi coniecturis agendum esset,deberent adduci à lege approbata,& non ab homine interessato,tum & quarto, quia aliæ coniecturæ, & præsumptiones quidem fortiores militāt pro reo, & quæ sunt iuris,& illa quæ est, ꝙ pro instrumento semper præsumitur,& qnòd tam exacta indago fuerit facta per iudicem, qui cum tortura à Notario quæsiuit inuenire veritatem, & non reperiit illud testamentum esse falsum,sed alia,quæ cōburi fecit ad pedes ipsius Notarij,(ut verbis aduersarii vtar) contra quem optimè fit retorcutio,quia si hoc testamentum non fuit vnà cum illis combustum, istud certè indicat, ꝙ nō fuit inuentum falsum,& est valde præsumendum pro illo Iudice, ꝙ adhibuerit omnem diligentiam pro eruenda veritate super eo facto. cum † pro gestis à iudice lex præsumat. l.2. C.de offi.ciui.Iudi.c.in præsentia,de renunt.cum simil. Alia etiam extat præsumptio,nam Hyppolitus post mortem dictæ testatricis fieri fecit dictas citationes, & proclamata, & in iudicio coram judice ius reddente confecit inuētarium,

6

7

in quo

in quo plurimi ex iuris necessitate iuteruenire debẽt, & ista non fecisset verissimiliter, si testamentum falsum fieri fecisset; Alia est, quia mulieres illæ actrices ipsius Romuli iam
8 diu tacuerunt, ex quo † contra illas de iure orta est præsumptio, vt aliàs dixi, & probaui in primis allegationibus; Quibus nunc addo Mars. in consi.82.in fin.vbi se ipsum, & alios allegat in aliis locis. Et istis præsumptiõibus, & aliis pro reo militantibus: immò stante probatione veritatis dicti testamenti facta, vt supra dixi, per testes ipsiusmet aduersarij, cõ cluditur, ꝙ tales eius prætensæ præsumptiones, & coniecturæ confunduntur, & nullatenus sufficiunt ad reprobandum
9 dictum testamentum: quia † cõtra illum, qui habet præsum ptiones iuris pro se, requiruntur exactiores, pleniores, & fortiores probationes. Ang.in.l.fin.ff.ꝙ mœtus causa, D. Abba. in c.quia verissimile.in secundo not.de præsumptionibus, &
10 nulli dubium, ꝙ † vna præsumptio tollit aliam l. diuus. ff.
11 de in integrum restitut. & † fortior tollit debiliorem, & spetialis generalem, Aymo, consi.250.nu.2.& in consi. 248. nu. 20.& 21. vbi subdit ad propositũ, ꝙ in materia præsumptionum, & probationum: illa præsumptio, seu probatio, ex qua iudicatur bonum, præfertur probationi, vel præsumptioni, per quam arguitur malum, & in.d, num.20.dicit, allegando
12 Dec. & Ias. ꝙ † præsumptio non dicitur probatio: quod facit
13 ad hoc, ꝙ nõ sufficiunt præsumptiones in ista causa, quia † ex legis dispositione, in ea requiruntur probationes, ne dum simplices, sed qualificatæ, scilicet luce meridiana clariores: quod procedit etiam si reus nullam pro se haberet præsumptionem, l.qui accusare, C.de eden.in fin. Quanto igitur magis habebit locum in isto casu, de quo agitur, in quo reus habet pro se tot iuridicas præsumptiones, spetiales, & proximas facto de quo agitur, immò, & probationes, vt dixi? frustra igitur laborauit aduersarius quæritando, & cumulando illas suas suspiciones, & coniecturas, quæ sunt ex capite suo:
14 & à remotis, vt patet, maximè, quia scire debet, ꝙ † sufficit, vt quis habeat aliquã præsumptionem pro se, ad hoc vt excusetur à falso, secundum Bal.in l.fi.col.11.versic.primo casu, &c.sub num.42.C.de edic.diui.Ad.tollen. quem ad hoc allegat Boss. in titu. de falsis pag. 364. nume. 134. & Lancillottus Corradus in suo breuiario, sub rubrica de falsariis pag. 400.

400.in versi.nono limita,&c. Cogitet igitur quo pacto possit sustinere, ꝙ Hyppolitus puniatur pœna falsi, qui habet nedum vnam præsumptionem, verum etiã plures. Quinimmò & veram probationem pro se: & ita cogitando, compungatur, & desistat à persequutionibus: quia aliàs Deus confringet conatus suos.

SVMMARIVM.

1 Producens instrumentum, censetur fateri omnia, in eo contenta, vera esse.

2 Et non potest amplius dicere instrumẽtum à se productũ esse falsum.

3 Confessiones resultantes ex productione instrumenti, nocent singulari successori producenti.

QVARTODECIMO in quantum pro parte domini Hyppoliti dicebatur, ꝙ dictum testamentum ex productione illius in iuditio facta exaduerso contra eundẽ Hyppolitum, censebatur approbatum,
1 † quia producens instrumentum censetur fateri omnia in eo cõtenta vera esse, vt notatur in.c. cum venerabilis de except. & per dominum Iaso. in.l.prima.§.editiones.ff.de eden.cum simil.
2 † & in tantum, vt talis producens non possit amplius dicere instrumentum à se productum esse falsum, vt supra latè dixi, allegando decisiones, & authoritates probatissimorum doctorum: respõdet dictus author, hanc esse fallaciam maximam, quia non reperitur in processu aliqua productio facta de dicto testamento à Romulo quærelante: subdens, ꝙ illa sibi ostendatur, & quiescet. Vtinam esset talis naturæ, iste Gargiareus (ita enim se ipsum appellat, vt nomen nouum sibi vendicet) ꝙ ostensa sibi veritate quiesceret: sed replicatur, ꝙ habita facti recta consideratione, & attenta intentione allegantis pro Hyppolito, apparebit ex eius parte nullam adesse fallaciam, sed ꝙ potius ille, qui id asserit, se ipsum fallit, si credit, ꝙ productiones factæ de dicto testamento pluries, & pluries per vxorem ipsius Romuli, & sororem illius, à quibus ipse prætẽdit
3 habere ius, & causam in bonis sibi (vt asseritur) per eas in dotem datis, & ob quæ asserit se habuisse ius quærelandi, vel accusandi in præsenti causa, vt patet in sua vltima informatione, incipien. Quoniam aduocatus, &c. numeris.9.& 10. ipsum Romulum non afficiant: perinde ac si ipsemet illas fecisset,

3 cisset, quiescat igitur, & sciat, † ꝙ tales confessiones resultã-
tes ex productione dicti testamenti iuxta communes theoricas Doctorum in dictis locis, & per Barb. in consi. 53 col. 4. circa mediũ in. 3, vol. & Ias. in. l. si cui. §. primo, in fi. ff. de leg. primo, nocent ipsi Romulo quantuncunq; singulari successori dictarum mulierum, vt tenent Dec. post Bar. quem allegat in consi. 109. col. 2. in primo vol. Crau. consi. 29. in princ. Soc. consi. 68. in. 3. col. in nu. 6. in. 4. vol. Ruin. consi. 32. nu. 6. vol. primo, & cõsi. 128. in 2. vol. ex quibus decisionibus, & ex adductis per dictos Doctores in dictis locis apparet ꝙ ista est communis opinio.

SVMMARIVM.

1 Theorica Doctorum, quæ habet, ꝙ inducens aliquos testes, ad reprobandum instrumentũ, debet probare, ꝙ sint illimet, qui sunt nominati in instrumento, procedit secundum Soci. si pro parte illius, qui est pro instrumento, probatũ fuit extare alios eiusdẽ nominis.

2 Sed in contrarium est communis opinio.

3 A communi opinione in iudicando non est recedendum, maximè cum faciat ad sustentationẽ testament.

4 Maius quid est, dicere, quòd agatur de reprobando testamentum, & de obtinendo aliquem puniri pœna falsi, quàm quod tractetur, quòd aliquis dicatur obligatus alteri, ad aliquam rem ciuiliter.

QVINTODECIMO, dum ego dicebam in meis prioribus allegationibus, ꝙ ad hoc, vt dici posset reprobatũ fuisse dictum testamentum per illos testes in quibus se fundat in hoc pars aduersa, dato sine veri præiudicio, ꝙ omnia alia ad id necessaria concurrerent, prout tamen non concurrunt (vt ex prædictis patet) tamen adhuc debuisset pars aduersa probare, ꝙ illi duo testes sunt illimet qui fuerunt descripti in dicto testamento, & allegabam plures decisiones, vt est videre in dictis allegationibus, pagi. 33. in versi. Tertio Quo adhoc &c. Respõdet dictus author, ꝙ hæc theorica posset procedere, † si pro parte nostra fuisset probatum
1 alios extare eiusdem nominis, & allegat Soci. in terminis in consi. 28. nu. 6. qui citat Bar. in l. si quis seruum. §. si inter. ff. de leg. 2. & mandat idem author omnino videri Soci. quia dicit ipse quòd ita declarat dicta Abb. & aliorum in dicto. c. cum Ioannes. de fid. instrum. & vt latius in sua informatione incip.

incip. Et si deducta, &c. numero. 25.

Sed replicatur, ꝙ licet Soci. solus in istis terminis ita teneat, quia Bar. & alii per eum allegati in dicto consil. 28. lo-
2 quuntur in diuersis terminis: † tamen communis opinio est in cõtrarium, vt patet ex decis. aliâs per me allegatis, quæ loquuntur in terminis terminantibus, nam dictam opinionem contra Soc. tenuerunt Dominus Card. in dicto. c. cum Ioannes, in 4. col. in versi. Ex his infertur ad arduam litem, &c. Et ibidem Dominus Abb. in col. pen. in versi. sed extra Glo. quęro de quęstione notabili, &c. qui ponderat fauorẽ instrumenti, & multo magis ponderari debet fauor testamenti: quia quando tractatur de substinenda vltima voluntate, dicitur tractari de fauore publico, secundum Ias. in. l. nemo potest, num. 23. in prima lectura de leg. primo eandem opinionem in terminis terminantibus tenuit Dominus Alex. in consil. 190. col. pen. versi. 2. respondeo, &c. nu. 51. in 6. vol. & Deci. in consi. 101. aliàs allegando Dominum Card. & Abb. in locis prædictis, & afferendo eundem dominum Card. ita consuluisse: eand. tenuit Boss. sub tit. de falsis, nu. 51. pag. 353. & Foler. in practica criminali prophana in versi. item ꝙ commisit falsitatem sub num, 5. versi. sunt enim pag. 178. & pag. 190. in 2. col. dictæ pag. in versi. Quod intelligitur ibi per Fely. &c. & Fely. in dicto. c. cum Ioannes, col. pen. in fi. versi. limita, 4. & vltimo. allegando dictos Card. & Abb. ibi. ex qui-
3 bus patet, ꝙ ista est communis opinio † à qua in iudicando non est recedendum, maximè cum faciat ad substentationẽ testamenti, vt dixi, & stante illa cõclusione quę habet, ꝙ possibili veritate in esse posita, nunquam dicitur falsitas probata, de qua per Boss. in dicto tit. de fal. pag. 364. nu. 133. vbi dicit istam conclusionem esse notabilẽ, & allegat Bal. & Alex. in locis ibi per eum citatis.

Et certè si rectè consideretur, aliud est dicere, ꝙ agatur in casu in quo tractetur, quòd aliquis dicatur obligatus alteri agenti ad aliquod legatum, vel aliquam aliam rem ciuiliter,
4 & ita loquitur Bart. per Soc. allegatus; † aliud vero, & longe diuersum, ac maius est dicere, ꝙ agatur de reprobando testamentum, & infringendo vltimam voluntatem, & de obtinẽdo aliquem puniri pœna falsi, & ista grauiora, & ardua ponderantur per Doct. in dicto. c. cũ Ioannes, & sequitur Alex.

in terminis in dicto consi.190.in 6.vol.& videatur Soc. met in consi.40.in eod.3.vol.in.2.col.in princ.vbi adducit,& sequitur dictam doctrinam,& opinionem domini Card. in dicto.c.cum Ioannes.

SVMMARIVM.

1 Quando aliquis ob causam rationabilem aufugit ex loco: nulla tunc causatur suspicio ex eadem fuga.

2 Si iusta causa fugæ: & iniusta posset considerari præsumendum est potius iustam causam adesse, quàm aliter

3 Qui se fundat in fuga: illam probare tenetur, cum sit quid facti.

4 fuga nunquã ex se facit probationẽ, neq; inditium ad torturam, nisi habeat famam adiacentem.

SEXTO decimo, dum dicit dictus author in sua informatione incipiente? Et si deducta,nu.21.φ dictus Dominus Hyppolitus,tempore assertarum falsitatũ per dictos Notarios punitos commissarum,arripuit fugam, & φ dicta fuga multum facit contra ipsum Hyppolitum iurib. vulg. &c. Respondetur,quòd licet dictus Dominus Hyppolitus se absentauerit à ciuitate,& comitatu Bonon.dicto tempore: tamen non constat, neq; probatum est per partem aduersam, quòd fugam arripuerit ex causa aliquarum assertarum falsitatum,neque id præsumi debet, tum quia non apparet,φ dictus Hyppolitus fuerit nominatus in processu tunc facto cõtra dictos Notarios, nec habitus pro suspecto de aliqua falsitate commissa per dictos Notarios, vel aliquem ex eis ad eius instantiam,vel suasionem,neque, φ fuerit citatus eà de causa,& quando in isto processu,de quo nunc agitur, fuit interrogatus, ob quam causam se absentauerit, vt supra: cum iuramento respondit, & dixit se absentasse propter nimiam verecundiam,qua afficiebatur ob mortem ignominiosam illatam in personam dicti Angeli Nicolæ, vt habetur in processu fol.599.& 600.& apparet de alia causa,videlicet, quia in contumaciam ipsius domini Hyppoliti citati dictò tempore,videlicet die.14.martii 1554. ad informãdum curiam sub pœna scutorum 300.quia non comparuit, fuit condemnatus, & mulctatus in pœnã prædictam; eò quia spreuit præceptum, & fuit commissa,& relaxata executio contra illum; vt constat in processu fol.74.vsq, ad fol.76.& potius est præsummendum,si aliquid præsummere volumus super eo facto, 1

cto,

cto, ꝙ potius se absentauerit ob istas causas, quàm ob causam assertarum falsitatum: de quibus non fuerat imputatus, neq; diffamatus, minusq; pro eis citatus, vel molestatus: & prout de iure molestari non potuisset, quia nihil fuerat repertum contra ipsum circa assertas falsitates: quamuis per magnificum Dominum Auditorem causarum criminaliũ illius temporis fuerit de illis quæsitum à dictis Notariis, & præsertim, à dicto Ser Baldassare, vt supra dixi.

1 Et pro prædictis facit illa conclusio, quæ habet, ꝙ † quando quis aufugit ex loco ob causam rationabilem, tunc ex fuga nulla causatur suspicio, de qua per Blancum in repetitione l. fin. ff. de quęst. nu. 285. versi. Limita secundo, iuxta ma-
2 gnam impræssionem. Vbi subdit in fi. dicti versi. ꝙ † si iusta causa fugiendi, & iniusta posset considerari: præsummendum est potius iustam causam adesse, & alllegat. l. meritò. ff. pro Socio:

Et hoc, casu quo dici posset dictum dominum Hyppolitum aufugisse, quod tamen negatur, neque id probatum est: quia non sequitur, ꝙ quando quis recedit ex sua ciuitate, &
3 aliò se confert, dicatur aufugisse, vt de se patet, & qui † se fundat in fuga tenetur illam probare, cum in facto cõsistat. l. in
4 bello. §. facte. ff. de capt. & l. ei incũbit. de probatio. licet † fuga ex se nunquam faciat probationem, neque etiam inditiũ ad torturam, nisi habeat famam adiacentem, vt per eundem Blanc. in dicta repetitione, num. 279. versi. Quæ inquisitio, &c. vbi inquit, ꝙ ita se habet practica cõmunis: at in casu nostro fama nõ est probata, vt supra latè ostẽsum fuit, ergo &c.

SVMMARIVM.

1 Renuntians instrumento suspecto à se producto, dicitur incidere in crimen falsi.
2 Eo ipso ꝙ Notarius cõfecit instrumentũ, pręsumitur de eo rogatus.
3 De his quæ spectant ad Notarium, ipsi Notario creditur.
4 Delictum non est præsumendum.
5 Quando actus, vel verba possunt se haberi ad falsum, & non falsum, tunc facienda est interpretatiõ pro non falso.
6 Non est credendum asserrenti se aliquid probasse, vel aliquo modò cõstare, nisi id expresse ostendat.
7 Non est de substantia, ꝙ Notarius scribat tempore, quo est rogatus de aliquo instrumento, sed sufficit ꝙ scribat postea.
8 Scriptura requiritur tẽpore actus, tantummodo in actibus requirentibus scripturam.

9 De proximo moriturus magis timet Deum offendere.
10 Quis præsumitur memor saluris æternæ.
11 Falsum dici non potest quod veritatis primordio adiuuatur.
12 Confessio Notarij asserrentis instrumenta per eum confecta esse falsa, non nocet parti.
13 Non entis nullæ sunt qualitates.
14 Vbi falsitas non est, nec esse potest nocibilis, nec debet esse punibilis.
15 Dominium nihil habet commune cum possessione.
16 Immissio vigore l. fin. C. de edict. di. Ad. tollen. non datur possidenti, cum sit remedium adipiscendę.
17 Nemo in cã ꝓpria bonus ẽ iudex.

DECIMOSEPTIMO, Capio articulum assertæ falsitatis: assertarum tenutarum, in quo pars aduersa multum figit pedes; asserendo, quòd Notarius confecit instrumentum de his, de quibus rogatus non fuit, & quòd mutatio dierum fuit facta instante dicto Domino Hyppolito, & quòd ipse hoc fatetur, si legantur eius constituta, & confessiones: & ꝙ propterea cum procurauerit confici dictas tenutas falsas, debet condemnari in pœnam falsi, & ad interesse partis; & vt Latius in sua allegatione incipiente: Et si deducta, &c. nu. 26. de quibus tenutis etiã loquitur in prima sua allegatione, nu. 8. & in vltima quoque nu. 19. inferendo, ꝙ stante illarum productione, iuncta etiam productione dicti testamenti (quod præsupponit semper esse falsum) dictus Dominus Hyppolitus sit cremandus: ex quo (secundũ ipsum authorem) bis falsum commisit, maximè cum (secundum eundem) dictis tenutis renuntiauerit in supplicatione: quia † renuntians instrumento suspecto à se producto, dicitur incidere in crimen falsi. l. 2. & 3. C. de fid. instr.

Sed respondetur ad ista: ꝙ præsupposita facta exaduerso in facto consistentia, sunt pœnitus à veritate aliena: Et ꝙ dictus author deberet probare præsupposita per ipsum ĩ facto, citando folia processus, in quibus talia legi posſint: & ideo cum nunquam hoc faciat, profectò non possum nisi dicere, ꝙ dicta per eum sunt suspecta de mendacio.

Sed immò ꝙ sint mera mendacia, probatur ex lectura ipsius processus, signãter in folijs infrascriptis: licet mihi sufficeret negare talia præsupposita esse vera: quia incumberet dicto aduersario probare veritatem dictorum suorum; iuxta dictam. l. ei incumbit.

Et in primis dum dicitur, ꝙ dictus Notarius rogatus de dictis tenutis, illas scripsit absque eo ꝙ de illis fuerit rogatus.

Respon-

Respondetur, quòd licet ego non videam in processu præsentis causæ, nisi vnum instrumentũ tenutæ, adeptæ de quadam possessiuncula dictæ olim Margheritæ, quæ est in capella sancti Iuliani extra portam stratæ maioris: de quo in eodẽ processu fol. 55. vsque ad fol. 58. tamen vidi, & legi in dicto instrumento, ꝙ dictus Notarius dicit, & asserit clarè, & expressè se fuisse rogatum, vt in fol. 57. secundo latere in fine: ibi Rogans me Notarium infrascriptum, vt de, & super prædictis publicum conficiam instrumentum: & in fol. 58. in primo latere, ibi. Ex notis, & rogationibus mei Dominici de Catelanis ciuis, & Notarii Bonon, de præmissis rogati: & appositum est signum dicto instrumento per eundem Notarium. Vnde valde mirandum est, ꝙ dictus author ita audacter dicat huiusmodi mendacia:

Nec hoc negat dictus Ser Dominicus examinatus cum Iuramento coràm Domino tunc auditore causarum criminalium, immò id expressè fatetur, videlicet se fuisse rogatum de dicta tenuta per hæc verba, videlicet fui io che mi rogai di quella tenuta, & come fui à casa notai il di, & li testimonij in vn pezzo di carta, laquale poi detti à Ser Angelo Nicola, quando fece la minuta, & non l'ho rihauta piu: vt in eodem processu præsentis causæ fol. 65. & hoc dixit confrontatus cum dicto olim Ser Balthassare de Mantechittis, vt habetur fol. 64. & istud dictum ipsius Notarii est comprobatum
2 præsumptione legali, quæ habet, ꝙ † præsumitur Notarium rogatum fuisse eo ipso, ꝙ confecit instrumentum, vt est tex. cum glo. in. l. prima. C. de vsuris, quem ad hoc citat Dominus Antonius de Prato veteri inter consilia Domini Alex. 1. vol. consi. 73. col. fina. nu. 7. subdens, ꝙ istud præcipuè habet locum, cum sit de his, quæ spectant ad Notarium, & non ad par
3 tem; & ideo † etiam de his debet ei credi; in quo facit quod scribit Dec. in consi. 11. nu. 15. in istis terminis: & quod notant Doct. in l. sciendum de verb. oblig.

Nec obstat dum dicitur, ꝙ dictus Notarius non fuit stipulatus instrumentum dictæ tenutæ in actu apprehensionis ipsius, nec tunc illud scripsit: Quia respondeo, ꝙ de natura talis actus non est, ꝙ fiat aliqua stipulatio: quæ dumtaxat cadit vbi aliquis alteri se obligat, quia tunc aut alia pars, vel Notarius pro ea absente benè stipulari potest: sed hic non

aderat alius, cui per illum actum aliquid acquiri posset, nisi ipse dominus Hyppolitus, qui fuit præsens, & rogauit Notarium, & illum secum duxit, vt conficeret instrumentum de actu gesto per ipsum: & hoc modo intelligitur, ꝙ ad eius instantiam dictus Notarius fuit rogatus: scilicet ꝙ pro veritate, ea quæ vidit fieri, scriberet, non autem ꝙ scriberet, vnā diem pro alia, nec aliquam aliam falsitatem committeret:
4 quia † hoc non est præsumendum, tanquàm delictum, dicta
5 l. meritò, & quia † quando actus, vel verba possunt se habere ad falsum, & nō falsum; semper debet fieri interpretatio pro non falso ad Bal. in dicta l. imperator de stat. hom. & Alexan: dicto consi. 70. primo vol. & aliàs latè supra deduxi; & omnes practici, qui scripserunt in hac materia falsi, hoc tenent, & est tritum: Et si pars aduersa vult dicere se probasse dictū Hyppolitum fecisse mutare dies veros dictarum tenutarum, ostendat vbi hoc probauerit in processu, vel vbi hoc in eo-
6 dem dictus Dominus Hyppolitus cōfessus fuit: quia † ei nō est credendum iuxta. l. qui accusare. C. de eden. cum simil. & l. exemplo. C. de probat.

7 Et † non est de substantia illud, ꝙ Notarius scribat tempore quo est rogatus de aliquo instrumento, sed sufficit, ꝙ scribat postea, vt asserit iste Ser Dominicus se fecisse: & de hoc est Doct, D. Alex. in consi. 74. col. 2. in fin. nu. 9. in primo vol. vbi loquitur in fortioribus terminis, videlicet in testa-
8 mento: & dicit. ꝙ † solum scriptura requiritur tempore actus in actis requirentibus scripturam. iuxta tex. in. l. contractus. C. de fide instrum. & idem tenuit ipse Alex. in consi. 93. in 4. col. nu. 8. in. 5. vol.

Et dum dicitur, ꝙ dictus Ser Dominicus in dictis instrumentis dictarum tenutarum scripsit illud, quod non vidit. Hoc est falsissimum: & istud dictum partis aduersæ reprobatur, tam ex dicto dicti Ser Dominici dum narrat factū, quando requisitus à dicto Domino Hyppolito accessit cum eo super Rheda, super qua aderant etiam Ser Angelus Nicola, & Ser Franciscus de montibus, & Ser Balthassar, quem inuenerunt in strata maiori, ad accipiendum tenutam dictæ possessiunculæ, de qua narratione ipsius Ser Dominici habetur in processu fol. 59. vsque ad fol. 64. quàm ex dicto dicti Ser Frācisci de mōtibus examinati de quo in processu à fol. 65. vsq; ad fol.

ad fol.68.& etiam ex dicto dicti Ser Balthassaris in loco tor-
turæ examinati,paruni ante tempus eius mortis , vt habetur
in processu fol.815.in secundo latere in versi.Quanto alla te
nuta,&c.vsque ad fol.818.secundum foliationem inferiorē:
cui Ser Balthassari in illis terminis,in quibus erat tunc , exi-
stenti multum videtur credendum : tum quia est perinde,ac
si ea in tortura deposuisset,per ea quę supra allegaui,quibus
nunc addo Dominum Petrum de Anchar.in consi.24. in pri
9 ma col. Tum quia erat de proximo moriturus,& † tales ma-
gis timent Deum offendere.Mars.consi.109.in 2. vol.& sic,
vt etiam ipse ibi dicit, præsumitur,quòd ipse esset memor sa
10 lutis æternæ,licet aliàs † quis regulariter ita præsummatur l.
11 prima,in fi.C.ad.l.Iul.Repet. Vnde † falsum dici non potest ,
quod veritatis primordio adiuuatur. tex. est, & ibi Bart.no-
tat in.l. cum filius.§.hæres meus.ff.de leg.2. Pau.de Castr.in
consi. 150. incip . Videndum est primo posito , ꝙ prædictus
Titius,&c.in 3.col.circa medium , iuxta antiquam impres-
sionem,& possem dicere,vt dixit D. Petrus de Anchar. in di-
cto consi.24.secunda col.in fin.& in princ.vltimæ,videlicet,
ꝙ præsupposita veritate facti,ꝙ fuerint adeptæ dictæ tenutæ.
dicat mihi pars aduersa quæ deceptio,& circunuentio alicu
ius hic prætendi potest,certè nulla; & si responderet , ꝙ satis
potest prætendi propter mutationem dierum dictarum tenu
tarum, quæ secundum ipsum facit , ꝙ dictus Hyppolitus sit
præferendus in possessorio dictorum bonorum hæreditario
rum dictæ Margheritæ ; & per consequens, ꝙ Romulus,& li-
tis consortes ammittant commodum possessionis , quod est
magni momēti.§.commodum. instit.de interdict.& octo cō
moda ipsius possessionis enumerat Papien.in practica,in for
ma libelli,in actione confessoria pro seruitute in glo. super
verbo,pleno iure; Et quia dicit ipsa pars aduersa , ꝙ hoc fa-
ceret fortè, ꝙ Romulus non diceretur legitimus contradi-
ctor.in remedio.l. fin. C. de edicto diu. Ad. tol. Ego possem
respondere,ꝙ ostendat mihi,vbi probatur in isto processu,
ꝙ ipse Hyppolitus fieri fecerit aliquam mutationem dierum
dictarum assertarum tenutarum in assertis instrumentis ea-
rundem : licet (vt dixi) non viderim in isto processu nisi v- 1
num tantum instrumentum tenutæ dictæ possessiunculæ , &
apparebit,ꝙ non poterit ostendere,ꝙ in isto processu fuerit

id probatum, immò ꝙ in eo non aderit aliqua præsumptio, vel aliquod inditum contra dictum Hyppolitum, licet forte adsint aliqua indita contra olim Ser Angelum Nicolam, tum quia dictus Ser Dominicus dicit, ꝙ ipse tanquam parū expers artis Notariæ faciebat instrumenta dictarum tenutarum iuxta minutas sibi tradditas per Ser Angelum Nicolam, vt habetur in processu fol. 620. & Ser Baldassar in suo constituto, vt supra facto in articulo mortis, deposuit, ꝙ post adeptas dictas tenutas quadam die veniens sursum per contratam clauaturarum, de anno tunc præterito cum dicto Angelo Nicola, dixit ipse Ser Angelus Nicola, io non so chi voglia sia rogato di quella tenuta, ò tu, ò Ser Domenico, ma bisognerà meterla tre, ò quatro di inanti à quello che la fu tolta. & ꝙ ipse respondit che la importaua meterla tre, ò quatro di innanti, vt in processu, fol. 817. secundum dictam foliationem inferiorem: & Hyppolitus in suis constitutis dicit, quòd dimittebat curam Ser Angelo Nicolæ circa lites, & causas.

Nec obstat dicto domino Hyppolito, si diceretur, ꝙ dictus Ser Dominicus confessus fuit in sua supplicatiōe se mutasse dies dictarum assertarum tenutarum: Quia respondetur non esse verum, ꝙ id confessus fuerit in dicta supplicatione, licet dixerit, ꝙ fortè etiam diem dictarum tenutarum mutauerit, & sic loquitur per verbū fortè, & per consequens ponit rem in dubio: Et est aduertendum etiam, ꝙ dum hoc exprimit: illa verba respiciunt superiora, videlicet, ꝙ imputatum, ac ascriptum fuit eidem, quòd talia fecerit, & sic nō fatetur. Item dicit, ꝙ in illis ipse aliter diem non mutauit taliter, quòd incuria tantummodo, & imperitia oratori ascribi potest: vnde non potest pars aduersa se fundare in eo, ꝙ dictus Ser Dominicus se prædicta fecisse confessus fuerit in dictis precibus per l. cum precum C de lib. causa. Quæ tamē habet multos intellectus, & plures limitationes, quæ adducerem si opus esset: sed stantibus præmissis non expedit.

Præterea dato millies (non tamen concesso) quòd adesset confessio clara, & explicita dicti Ser Dominici: Ego re-
12 sponderem parti aduersæ, quòd † illa non noceret dicto domino Hyppolito per ea quæ dixi supra allegan. Paul. de cast. in dicta. l. scia in principio. ff. ad Vell. & Corneū in dicto cōsilio.

silio.261.in 4.vol.& Bofs.in tit. de falsis: Quibus hunc addo Io. Crottum in repet.l.sciendum.ff.de verb.oblig.in 12.col. in fin.nu.22.versi.secunda est difficultas, &c. Et sic videant Domini mei, videatq; totus mundus, ad quem statum reducatur maximum, & potissimum fundamentũ partis aduersæ totiens per eam exclamatum, asserẽdo, quòd contra Hyppolitum est præsumendum, cũ fuerit solitus falsa instrumenta producere, intelligendo de illis, quæ (vt dicitur) fuerunt facta super dictis tenutis.

Attamen, vt demonstretur magis, atque magis, vanitas dicti fundamenti, & declaretur, & explicetur veritas eorum, quæ alias deduxit Magnificus ac celebratissimus Dominus Iulius Scarlatinus aduocatus dicti Domini Hyppoliti, quẽ tamen dictus Ser Ferrantes velle mordere ausus fuit, de quo tamen magis modestè loqui: eumq; ratione ætatis, & doctrinæ, aliarumq; suarum qualitatum, & quocunque alio respectu potius honorare debuisset: Dico, quòd dum dictus Magnificus Dominus Iulius in eius consilio impresso pagi. 56. versi. Quarto etiam, &c. sub nu. 45. cum sequen. adducebat statutum Bonon. sub Rubrica: Quòd nullus occupet possessionem rei hæreditariæ, &c. inferendo, quòd asserta falsitas deducta per Romulum in sua quærella, respectu dictarum assertarum tenutarum, non erat punibilis: sub eo prætextũ, quòd fuissent mutati dies earundem: ad hoc, vt possessio domini Hyppoliti videretur anterior: Respõdit dictus Ser Ferrantes, quòd dominus Hyppolitus sagax, & astutus (vt asserrit:) procurauit fieri tenutas prædictas falsas per Notarium non rogatum ad effectum auferrendi possesionem à veris dominis, & possessoribus: vnde si fuisset aduocata possesio à quærrellante, maximum damnum reportasset: quia fructus non percepisset, &c. subdens, quòd non solum de possesione tractatur simpliciter: verum etiam de uiribus contradictionis Romuli dicentis (vt ipse asserrit) quòd immissus non est hæres testamentarius, cum eius testamentum sit falsum, & vitiatum: & sic non solum possessionem, sed proprietatem eorum ad eum pertinere: vt dicit sentire Docto. post glos. in verbo (contradictor) in l. secunda de edict. diui. ad. tol.

Replico ego, quòd aut Dominus Hyppolitus in processu

causæ ciuillis allegat se possessorem: & ad hoc probandum se fundat in dictis assertis tenutis: & tunc subintrat dubium, ad quod adaptari possent ea, quæ exaduerso deducuntur, de potioritate, & prioritate possessionis, & in isto casu dicitur, quòd quæuis possessio, quę diceretur capta per filias Vincētii de Sellis vxores dictorum Romuli, & Herculis, vti prætensas hæredes ab intestato Margheritæ testatricis; esset nulla, & affecta, vigore dicti statuti allegati per dictum Excellent. Dominum Iulium sub rubrica, quòd nullus occupet possessionem, &c. si rectè, & diligenter videatur, & perpendatur dictum statutum, ab initio, vsque ad. §. mandantes, quòd aliquis, &c. Et propterea deberent succúbere dictæ mulieres, & habentes causam ab illis, se fundantes in possessione sic apprehensa; & hoc propter existentiam hæredis scripti in testamento dictæ Margheritæ, videlicet dicti domini Hyppoliti; esto quòd non appareret de aliquibus tenutis apprehésis per dictum Dominum Hyppolitum, quia siue appareret de illis, siue non; omnino non licuisset nisi ipsi hæredi scripto, apprehendere possesionem, & consequenter necessariò infertur, quòd dictæ assertæ tenutæ non sunt habendæ in aliqua consideratione, ex quo non essent illæ, quæ iuuarent dictum Hyppolitum, qui illis ad hoc non indigeret, sed esset dictum statutum, quod illum iuuaret, & dictis aduersariis noceret, ex quo cecidissent à iure suo, & essent expellendæ de possessione: vnde dictæ tenutæ (stantibus præmissis) essent frustatoriæ, & minimè nocibiles dictis aduersariis: & hoc est quod voluit dicere, & in effectu dixit prædictus Magnificus Dominus Iulius, si adducta per ipsum benè ponderentur: nam (vt ipse dixit) dictum statutum annullat, & infringit ipso iure, & facto omnem possessionem: & omne cómodum possessionis: cuiuscunque alterius quàm hæredis intrantis possessionem defuncti, & habentis, seu prætédentis causam à tali intrante: Quomòdo igitur his stantibus potest dicere aduersarius, salua veritate, quòd Hyppolitus procurauerit fieri dictas tenutas ad effectum aufferendi possessionem à veris Dominis, & possessoribus, & cósequenter cómodum ipsius possessionis: cum non habuerint nec habere potuerint dictæ vxores dictorum Romuli, & Herculis, neq; ipsi habentes causam ab illis aliquam possessionem, nec aliquod

quod commodum? sed quatenus ingressæ fuerint, siue ingressi dicta bona possessa per dictam Margheritam tempore eius mortis, non possunt dici possessores, nec habere commodum aliquod possessionis, resistēte dicto statuto, sed fuerunt, & sunt mœri inuasores, & occupatores? Vnde cessant ea, quæ dicuntur per dictum Ser Ferrantem, ꝙ fuerit procuratum dictas tenutas falsas fieri ad effectum aufferendi ab il
13 lis possessionem, & commodum eiusdem. quia † non entis nullæ sunt qualitates. l. eius qui. ff. si cert. pet. & (vt dicit philosophus) qualitas stare non potest sine subiecto; vnde optimè illatum fuit per dictum Magnificum Dominum Iulium:
14 ꝙ † vbi falsitas non est, nec esse potest nocibilis; ergo nec punibilis. l. damus. C. de falsis cum aliis per eundem allegatis, vbi suprà num. 44.

Et, dum dicit dictus Ser Ferrantes de veris Dominis, dicat & ostendat, vbi probatum fuerit de dominio dictarū mulierum, & suorum maritorum, & quomodo, ac qualiter de iure per tenutas, possessionem tantum concernentes, posset inferri, quòd fieret præiuditium in dominio: si aliquod adesset:
15 † quod nihil habet commune cum possessione vulg. l. naturaliter. §. nihil commune de acquir, posses.

Nec obstat, dum dicitur per eūdem Ser Ferrantem, ꝙ non solum de tenuta, & possessione simpliciter tractatur, sed etiā de proprietate rerum, quia ait, ꝙ Romulus dicit, proprietatem rerum ad eum pertinere, cum testamentum, quod habet dominus Hyppolitus, sit falsum, & vitiatum secundum eum: Quia ex scripturis in hoc processu productis apparet, ꝙ dictæ mulieres asserrunt se possestrices tanquàm hæredes Baptistæ Franciosi, vt in processu istius causæ fol. 54. Et ideò non potest dici, ꝙ agatur per eas de obtinendo immissionem, vigore testamenti dicti Baptistæ, in quo cadat ista con-
16 sideratio de legittimo contradictore: quia † immissio vigore. l. fi. C. de edict. diui Ad. tol. non datur ei, qui possidet, cum sit remedium adipiscendæ, vt dixit Glo. prima magna, iuxta finem in versi. Caueat autem, &c. in. c. primo de confessis in sexto, quam ad hoc allegat Alex. in. §. nihil commune. l. naturaliter. ff. de acq. poss. in princi. nu. 2. & ibidem Pontan. in repet. & Aret. in §. actionum, col. pen. versiculo. Ad vnum tamen aduertat, &c. instit. de actio. ergo non cadit hic disputa

tio de legittimo contradictore, quæ solum cadit, vbi tractatur de immissione ex remedio dictæ.l.fin.& illa Glo. allegata per dictum Ser Ferrantem in.l.2.in verbo (contradictor) C.de edic.diui Ad.toll.non est in illa l.2.sed est in dicta.l.fi. eo.tit.& dicentes se hæredes Baptistæ,& cum appareat,quòd petierunt illa bona vigore fideicommissi aliàs facti per dictum Baptistam in suo testamento, vt patet in isto processu in petitione aliàs pro earum parte, & nominibus per excell. Dominum Machellum tunc earum curatorem producta, & supra per me citata,multo magis apparet dictis mulieribus non licuisse propria auctoritate inuadere bona dictæ hæreditatis,quia debuissent capere dicta bona, & sic fideicommissum,de manu hæredis grauati, videlicet Domini Hyppoliti: non obstante,ꝙ prætenderent fortè dictum testamentũ Margheritæ esse falsum: quia re vera id non prætendebatur per illas mulieres,quæ potius asserrebãt totum contrarium fatendo dictũ testamentum,& illud producẽdo simpliciter, vt supra deductum fuit, sed hæc prætensa falsitas fuit excogitata,& imaginata per dictum Ser Ferrantem, fortè putãtem habere agere cum nollentibus, seu non valentibus se deffendere,& substinere veritatem dicti testamẽti, quod profectò minimè ei ex sententia euenit,& fortè nunc vellet esse ieiunus,& nunquam intrasse istud laberintum, vt arbitror, quia videt se habere agere cum hominibus valentibus, & volentibus tueri veritatem; Sed dato, quòd dictæ mulieres etiam tunc excogitassent dictam assertam falsitatem, & putassent dictum testamentum esse falsum: tamen dico, ꝙ illud nõ debuissent,nec potuissẽt habere pro tali, nisi prius obtinuissent illud tale pronuntiari,vt aliàs dixi supra,& nũc addo Gram.in voto.3.col. antepen. nu.37.& Roll. à valle in
17 consi.24.nu.62.pag.181. quia † nemo in causa propria bonus est iudex: vt in rub.ac in l.vnica. C. ne quis in sua causa iudicet: quod facit contra dictum Ser Ferrantem, & Romulum, qui sæpè implent ora sua de asserta falsitate dicti testamenti: licet minus verè hoc dicant, vt ex prædictis satis videre possunt, tam ipsi,quàm quilibet alius: qui de hoc certior fieri vellit.

Si vero vult dicere dictus Ser Ferrantes, ꝙ agatur in curia ciuili per Hyppolitum,qui petat vigore dicti testamenti,de quo

quo agitur, ex remedio dictæ legis si. se immitti in possessionem dictorum bonorum possessorum per Margheritam tempore eius mortis; & tunc dico: quod posito (sine veri præiuditio) quod de hoc appareret in isto processu, tamen minus dictæ tenutæ isto casu adduci possent per dictum Hyppolitum; quia hoc esset, remedia contraria, & incompatibilia adducere per actorem, qui sic se ipsum excluderet: vt colligitur ex supra deductis, dum dixi quod dictum remediũ dictæ l. si. quod est adipiscendæ, non competit ei, qui semel possedit, & sic patet, quòd in quocunque capite dictæ tenutæ non iuuant, neque nocent, tamen hæc disputatio non est necessaria, ex quo de illarum falsitate non est probatum, vt supra ostensum fuit.

SVMMARIVM.

1 Compositio cum curia, ad hoc vt quis se redimat a vexationibus curiæ, etiam quod sit innocens, licita est

2 Et consuetudo approbat huiusmodi compositiones.

3 Producens gratiam, fatetur delictũ.

4 Petitio ueniæ, non probat quem esse culpabilem

5 Componens se cum superiore, ne molestetur occasione delicti, non dicitur fateri illud.

6 Petens gratiam non dicitur fateri crimen.

7 Confessio qualificata scindi non potest

8 Eodem modo incurrit pœnã utens falso instrumento per procuratorem, ac si ipse principalis vteretur

9 Tacens uerum, ita non est odiosus, sicut exprimens falsum.

10 Subreptio commissa in una parte, non nocet in aliis regulariter.

11 Quando subreptio in una parte rescripti non fuit causa obtinendi illud, tunc rescripetum sustinetur ex aliis partibus

12 Compositione facta inter subditũ, & superiorẽ super aliquo crimine, non potest amplius ipse reus pro dicto crimine molestari pro interesse fisci, etiam superuenientibus nouis inditijs.

13 Superior de iure, potest remmittere pœnam, & componere super delictis subdito ascriptis, per rescriptum suum.

14 Compositiones inter subditum, & superiorem super delicto sibi subdito ascripto, possunt fieri, maximè quando non est lata sententia super crimine, vel illud non est clarè probatum.

15 Statutum Bonon. sub rubrica de casibus in quibus quis prohibetur perpetuò, vel ad tempus cancellari de bãno, debet intelligi de Bannitis legitimè, & incameratis

16 Cancellatio præsupponit extare aliquid, quod veniat cancellãdum.

17 Quis audiri non potest super subreptione, & nullitate gratiæ illius qui longo tempore fuit per superiorem tolleratus.

18 Quid sit compositio, & plura in materia compositionis. vsque ad nume. 21.

21 Iudex

21 Iudex habet arbitrium à lege alleuiandi pœnam, ac in aliam speciem commutandi.
22 Princeps potest, prout vult remmittere etiam pœnã corporalem subdito, absque pace, & consensu partis læsæ.
23 Vtens instrumento falso pecuniariam pœnam incurrit, per statutum Bonon.
24 In crimine falsi licita est transactio.
25 Renuntians instrumento a se producto, antequàm sit oppositum de falsitate ipsius instrumenti, non dicitur illud falsum confiteri, nec pro falso habuisse et etiam nu. 29.
26 Quod non obijcitur, nemo fateri videtur.
27 Intellectus l. si aduersarius C. de fide instr.
28 Renuntiatio vsui instrumenti facta extra iuditium non operatur, ꝙ renuntians dicatur fateri illud falsum.
29 Renuntiatio facta probationibus & allegationibus valet, si fiat in iuditium secus si extra iuditium.
30 Intellectus ad l. postquàm liti. C. de pactis.
31 Renuntians vsui instrumenti non allegati de falso, non dicitur illud falsum fateri, licet non poterit uti si confessus est se non vsurum.
32 Renuntians vsui instrumenti sponte non potest accusari, nec querellari ratione vsus falsi instrumenti.
33 Clausula pro sufficienter expressis habentes, habet vim specialis mẽtionis, et expressionis.
34 De criminibus punitis pena pecuniaria per viam compositionis soluta, sæpius quæri non potest.

DECIMOOCTAVO capio materiam supplicationis, & compositionis Hippolyti, non dico gratiam, quia illa non potest dici mœra gratia, ex quo superior voluit, ꝙ solueret depositario cameræ scuta quindecim, vt habetur in calce dictæ supplicationis, quæ est in processu fol. 1177. vsq; ad fol. 1182. quæ faciunt, vt non dicatur simplex gratia, sed
1 compositio quædam † quæ licita est, ut quis redimat se à vexationibus, & molestijs curiæ, etiã quòd sit innocens, vt per Paul. Grilan. in suo tractatu de relaxatione carceratorũ, sub rubrica de pœnarum compositionibus in capite primo per totum, & etiam in sequentibus, & per Paridem de puteo in suo tractatu sindicatus, in verbo Cõpositio. nu. 18. & 19. fol.
2 40. qui dicit inter alia, ꝙ † consuetudo approbat huiũsmodi compositiones.

Et quia dictus author plura opponit cõtra dictam supplicationem, & compositionem, in qua est mandatum de non molestando Dominum Hippolytum ex causa dictarum assertarum tenutarum, & asserti vsus earum, & assertæ mutationis dierum earundem: vt patet ex verbis dictæ supplicationis ibi Committere, & mandare, &c. & ibi taliter, ꝙ prædictorũ causa, vel occasione, &c. & ex verbis signaturæ ibi Cõcedimus,

cedimus, & mandamus, vt petitur.

Et in primis dicit dictus author, ꝙ in dicta supplicatione Dominus Hippolytus fatetur mutationem dierum, & alias falsitates: quia producens gratiam fatetur delictum, & allegat Neuiz.in consi.68.nu. 12. & 13.

Secundo dicit dictam compositionem esse subreptitiam in pluribus partibus, præsertim dum (secundum eum) narratum fuit tenutas non fuisse factas ad sui instantiam, nec mutatos dies: sed suggestionibus cuiusdam sui procuratoris: cum (vt ipse asserit) dictus Dominus Hippolytus in suis constitutis fateatur, Notariũ de illis rogatum eas fecisse ad sui instãtiam: Item quia narrauit (secundum eundem authorem) se non fuisse vsum dictis tenutis: & contrarium apparet in processu, quia pluries illas produxit.

Tertio opponitur, ꝙ est nulla, quia fuit concessa absque concordia partis: quod fieri non potest (dicit ipse) stante statuto allegato per eum, cui derogari non potest, vt asserit.

Quarto opponit, ꝙ dictus Dominus Hippolytus fuit gratiatus (secundum eum) de crimine falsi: de quo (dicit ipse) etiam secundum ius commune gratiari non potest parte inuita.l.transigere.C.de transactionibus, Paris de Puteo in dicto tractatu in versi.3.cum quibus fol.41.vbi dicit, ꝙ quidam dixerunt in omnibus componi licere, præterquàm in adulterio, & falso, per dictam.l.transigere: & de istis opponit in primis allegationibus suis in vltima carta.

Quinto dicit, ꝙ cum iam de falso oppositum fuisset: & illis per accusatum in supplicationibus renuntiatum: apparet (secundum eum) ꝙ pro falsis habuit: ad notata per omnes in.l.si aduersarius.C.de fid.instrum.licet ipse non alleget titulum: vt in suis secundis allegationibus nu.8.

Sexto dicit, ꝙ licet auctoritas superioris circa derogationem statuti fortè hoc casu negari posset: quia secundum eũ iste casus est de illis, de quibus transigi nõ potest cum curia parte non concordata: stante statuto in priori informatione allegato: subdens ꝙ ita debet intelligi dicta.l.transigere. Et posito ꝙ superior potuisset, & habuisset auctoritatem derogandi dicto statuto, & dictæ legi, dicit ꝙ illis nõ derogauit, quia non fuit facta de illis mentio spetialis, maximè de dicto statuto, in quo legitur: ꝙ ei derogari non possit: & gene-

 ralis

ralis derogatio, de qua in precibus non sufficit: & ꝙ ita concludit Dec. in consi. 163. vbi dicit hanc esse communem opinionem.

Vltimo, quia Dominus aduocatus dicti Domini Hippolyti dicebat, ꝙ de nullitate gratię superioris non potest cognoscere nisi ipse solus: non autem inferior allegando Text. in c. cum venissent. de iuditiis: Respondet, ꝙ immò inferior de huiusmodi gratia potest cognoscere inter partes, in earũ præiuditium excipiendo, & maximè quia non tractatur de iudicando super eo, sed duntaxat, an debeat ipse inferior admittere assertum gratiatum, vel illum expellere; & hæc sunt in effectu, quæ opponuntur exaduerso contra dictam compositionem.

Quibus licet videatur superuacuum respondere, maximè cum iam ostensum fuerit superius, aduersarios non probasse allegatam falsitatem dictarum tenutarum, attamen quia talia deducta contra veritatem iuris, & facti tollerari non possunt, impellor deuenire ad responsiones, & ea refellere tanquâm veritati, & iuri contraria.

Primo igitur dico, ꝙ non obstat dũ dicitur, ꝙ in dicta supplicatione Dominus Hippolytus fatetur mutationem dierum, &c. quia † producens gratiam fatetur delictum allegan
3 do Neuiz. consi. 68. nu. 12. & 13. Quia respondetur, ꝙ Neuiz. ad probandum tale eius dictum, allegat Cepol. in consil. 21. col. 2. sed dictus author debebat in fonte videre eundẽ Cep. in eodem consi. in. iiij. col. propè finem in versi. sed plus dico, ꝙ illa verba, &c. vbi tenet totum contrarium: & ostendit
4 ꝙ † petitio veniæ non probat quem esse culpabilem, & optimè loquitur: & illum ad hoc allegat, & sequitur Blanc. in re
5 pet. l. fin. ff. de quęst. nu. 308. & in terminis nostris, ꝙ † compositionem faciens cum superiore ne molestetur occasione delicti, non dicatur fateri illud, tenet apertissimè Gram. in votho suo vltimo 39. seu 40. in fi. & Grilan. ĩ dicto suo tract. de relaxatione carceratorum, sub Rub. de pœnarum compositionibus, in versi. 4. quęro, &c. num. 3. vbi dat cautellam procuratoribus, & aduocatis ad formãdum supplicationes pro compositionibus, ita vt supplicans confiteri non dicatur. addo etiam Dominũ Aegidium Boss. sub Rubrica de remedijs ex sola clementia principis, &c, pag. 581. nu. 29. vbi latè probat

6 bat, ꝙ † qui petit gratiam, non dicitur fateri crimen plures allegando. Et vbi suspicari posset, ꝙ ex deductis in supplicatione dicti Hippolyti, ipse confessus fuisset mutationem dierum fuisse factam in instrumentis dictarum tenutarum; dico ꝙ esset necesse recipere talem assertam confessionem cum sua qualitate ibi adiecta, videlicet, ꝙ talis mutatio facta fuerit ipso Domino Hippolyto inscio, vt clarè dicitur in dicta supplicatione, in qua etiam dicitur, ꝙ nullatenus fuit dolosus in ea re.

7 Et hoc, quia † confessio qualificata scindi non potest, ad not. in l. si quidem. C. de except. & in. l. Aurelius. §. idē quæ sit ff. de liberatione legata, & hoc ideo maximè cum (vt supra dixi) nullum inditium de hac asserta mutatione dierū, nullaq; præsumptio militat contra dictum Dominum Hippolytum, sed contra dictum Angelum Nicolā, qui dedit minutas Notario rogato de dictis tenutis, & qui habuit verba super dicta mutatione dierum cum Ser Balthassare (vt dixi) referrendo dicta eiusdem.

Nec est verum illud, quod dicitur ex aduerso in facto videlicet, ꝙ dictus Dominus Hippolytus confessus fuerit in suis constitutis ad eius instantiam fuisse mutatos dies dictarum tenutarum, quàmuis confessus fuerit, ꝙ ad eius instātiam dictus Notarius rogatus fuerit de dictis tenutis: prout etiam dicit dictus Notarius: Quia aliud est rogare Notarium simpliciter, quòd conficiat aliquod instrumentum; aliud verò, & longè diuersum est, instare apud Notarium, quòd mutet dies veros instrumenti, & apponat falsos, & ideò de vno, ad aliud, non infertur: oportet enim, quòd aduersarius ostēdat, quòd Dominus Hippolytus insteterit apud dictum Notariū, quòd mutaret dictos dies in dictis tenutis: ad hoc, vt eius probatio concludat, vt de se patet.

Ad secundum dico, ꝙ ex dictis in dicta prima respōsione, dicitur esse responsum pro maiori parte: solum restat respōdere eidem, dum dicitur Dominum Hippolytum narrasse, se non fuisse usum dictis tenutis: cum contrarium appareat ex processu. Ad quod respondetur; quòd licet idem Dominus Hippolytus in dicta supplicatione dixerit ista verba videlicet, & quia Reuerendissime Domine orator ipse dubitat molestari occasione dictæ mulctæ, & dictarum tenutarū,

 ac asserti

ac afferti vſus illarum, facti per procuratorem ipſius oratoris &c. Non propterea ſequitur, quòd negauerit ſe dictis tenutis vſum fuiſſe, & illas produxiſſe; & ideò talis afferta ſubreptio ex aduerſo conſiderata non obſtat, quia non negauit ſe illis vſum fuiſſe, prout ex aduerſo aſſeritur.

Sed poſito (non tamē conceſſo) quòd negaſſet vſum proprium dictarum tenutarum, dico quòd iſtud non obeſſet;
8 quia (ſecundum ipſummet authorem) † eodem modo incurrit pœnam vtens falſo inſtrumento per procuratorem; ſicut ſi ipſemet principalis vteretur, ita enim dicit ipſemet in ſuis allegationibus incipientibus. Et ſi deducta, &c. nu. 27. & in col. fin. Ergò cum idem effectus reſultaret ſecūdum eū, non reffert, quid horum expreſſum fuerit: quia iſto caſu ſuperior non poteſt dici deceptus: qui præſumitur ſcire effectus de iure reſultantes.

Præterea alio modo reſpondetur. Nam ſi de aliqua ſubreptione dici poſſet (quod tamen negatur) illa fuiſſet commiſſa in tacendo aſſertum vſum fuiſſe factum per ſe ipſum, & in eo capitulo, ſeu in ea parte tantum; ſed quando ſubreptio committitur in tacendo verum, non corruit reſcriptū
9 in totum; quia † non eſt ita odioſus tacens verum, ſicut exprimens falſum, ita voluit Dominus Abb. in c. ſedes, col. 2. in fin. verſ. ſecunda limitatio &c. de reſcriptis, & ſequitur Fely. per illum tex. in verbo Mendax prçcator in eod. cap. in num. 5. in verbo ſubreptio, & videatur idem Fely. in cap. poſtulati. col. 3. verſi. Declara etiam notabiliter &c. eod. tit. vbi dicit quòd non omnis taciturnitas, cuius expreſsio potuiſſet mouere Principem ad denegādam gratiam, illam uitiat, ſed dūtaxat ea, de quibus reperitur in iure expreſſum, quòd eis expreſsis non conceſsiſſet, & allegat Bellameram in deciſio. 698. reffert, & ſequitur Boſſ. pag. 582. nu. 34. vbi alios etiam allegat.

10 Rurſus dicitur, quòd † quando ſubreptio eſt commiſſa in vna parte, non nocet alijs regulariter, Abba. in dicto c. ſedes in dicta col. 2. verſi. Sed contra hoc &c. Fely. ibidem in verbo. ſubreptio. verſi. Et ſi diceres falſitas &c. Gram. in conſil. 58. inter criminalia in col. 4. nu. 18.

Vltimo non apparet, quòd illa expreſsio, quòd per procuratorem fuit vſus, fuerit cauſa obtinendi dictam compoſitionem,

nem, nec hoc præſumitur, quia multæ aliæ cauſæ vltra illam
11 fuerunt expreſſæ in dicto reſcripto. ergo † dato, quòd illa expreſsio eſſet falſa, quod tamen negatur, nõ poteſt dici, quòd dictum reſcriptum, & compoſitio prædicta corruant. ad notata per Doct. in dicto cap. ſedes, vbi Fely. in dicto verſi. ſubreptio in 3. limitat. nu. 6. non ne poteſt eſſe, quòd dictus procurator etiam dictis tenutis vſus fuiſſet? certe ſic. data ergo poſsibilitate veri excluditur falſitas, vt aliàs dixi ſupra, & aduertatur quia tunc temporis nulla accuſatio, nulla querella, & nulla inquiſitio præceſſerat contra Hippolytum, & ſuperior admiſit dictam ſupplicationem, & fecit compoſitionẽ cum eo: & mandauit illum non moleſtari per fiſcum criminaliter præmiſſorum occaſione, & conceſsit illum cancellari, & ab inde, & citra continuè, & ſic per lõgum tempus fuit per ſuperiores tolleratus, & minimè moleſtatus, ergo videtur, ꝙ † pars aduerſa audiri non poſsit ſuper prætenſa ſubreptione, & nullitate dictæ compoſitionis. per ea quæ cumulatè poſuit Marſ. in ſingul. 79. incipien. patientia &c. & ponit Boſſ. ſub tit. Banniti quid ammittãt nu. 2. verſi. allegatur alia fallentia &c. maximè cùm ſua non interſit, vt infra demonſtrabitur, licet ſi ſua intereſſet, forſan poſſet dicere, quòd dicta compoſitio ſibi in iuribus ſuis, ſi qua eſſent, non præiudicaſſet, vt ſupra: quæ tamen iura in dicta compoſitione ad cautellã fuerũt ipſi expreſſè reſeruata, vt in dicta ſupplicationẽ
12 legitur, quod eſt notandum. & quòd † facta huiuſmodi compoſitione non potuerit dictus Dominus Hippolytus de iure amplius moleſtari pro intereſſe fiſci, quò ad pœnam criminis, etiam ſi poſtea ſuperueniſſent noua inditia ſuper eodẽ crimine, quod eſt plus. tenuit Grilan. in tract. de relaxat. carcer. ſub Rubrica de pœnarum compoſitionibus, in 5. & 6. q. fol. 41. aſsignat rationem, quia compoſitio ipſa, & pecuniæ quæ ſoluuntur fiſco ea mediante, ſuccedũt loco pœnæ, quãuis dicat, ꝙ quoad intereſſe priuatum, pars proſequi poſſit ſuum ius: ſed quoad pœnam aſſerti criminis, amplius moleſtari non poteſt, vt ſupra.

Ad tertium, dum dicitur dictam compoſitionem eſſe nullam, quia fuit conceſſa abſque concordia partis, ſtante ſtatuto ſub Rub. de caſibus in quibus quis prohibetur perpetuò, vel ad tempus cancellari de Banno, de quo in vol. criminal.

nal.fol.46.in 2.latere: quia asserit, quòd fuit facta gratia sine concordia partis, maximè quia in finalibus verbis dicti statuti legitur, quòd illi derogari non possit; & ego addo, quòd dictum statutum habet decretum irritans (ipso iure) quamcunque cancellationem aliter factam, quàm in dicto statuto disponatur, vt patet in eo, in §. si vero aliquis, &c. & in §. & si quis cancellatus, &c.

13 Respondetur, præsupponendo ante omnia, quòd † de iure superior potest remittere pœnam, & cōponere super delictis subdito ascriptis per suum rescriptum, vt est text. & ibi notatur per scribentes in l. rescripta. C. de precib. imper. offerend. & est glo. quæ semper allegatur ad hoc, & eam ibi etiā scribentes notant, & maximè Petrus de bella pertica in l. venia C. de in ius vocando. per quam dixit ibi Dominus Ias. notant istam glo. multum Barto. & Doct. pro compositionibus quæ tota die fiunt per principes, vel rectores Ducatus, quòd non possunt remitti pœnę, quæ applicantur priuatis, & est alius tex. in cap. rescripta 25. q. 2. vbi est canonizata dicta l. rescripta, C. de præc. imp. offeren. & ibi glo. fina. dicit in verbo vel crimen, quòd in talibus facilè exauditur aliquis, allegat tex. in c. venia. 35. q. 9. vbi sunt bonæ glosæ in verbo, Audio, & in verbo Si faciendum; & addo, quòd signāter in casu nostro, dicta compositio fuit facta, sine læsione partis aduersæ, cui fuerunt reseruata iura sua ciuiliter agendi, maximè cū pro asserto delicto asserti vsus dictarum tenutarum, & assertæ mutationis dierum earundem factæ absque dolo dicti Domini Hippolyti, & eo inscio, vt dicitur in dicta supplicatione, aliqua pœna parti aduersæ non veniret applicanda de iure, vel ex forma statutorum, vt patet ex lectura statuti, sub rubrica de pœna falsorum testium, & facientium falsa instru-
14 menta, Et quòd † tales compositiones fieri possint, maximè quando non est lata sententia super crimine, vel illud nō est probatum, clarè tenent, & cōprobant Paris de puteo, & Paul. Grilan. in locis infra allegandis.

Non obstat modò dictum statutum exaduerso allegatum, quia profectò illud nō mœretur allegari in casu nostro: quia loquitur de bannitis, & condemnatis legittimè, & incamera-
15 tis, & † de talibus debet dictum statutum iutelligi. iuxta doctrinam Bar. in l. prima, §. qui in perpetuum. ff. si ager. vectig.

vel

vel emphit. petatur.cum similibus;& patet quia dictum statutum loquitur de cancellatione † quæ præsupponit extare aliquid,quod veniat cācellādū ad glo. in l. Mancipia. C. de seruis fuggitiuis. sed Hippolytus non erat bannitus,neque condemnatus legittimè,nec ex veris probationibus, sed in mœram contumaciam,& non præcedentibus legittimis citationibus, vt patet ex actis registratis,in processu præsentis causæ,in loco supra per me citato,nec erat incameratus pro bannito,vel condemnato.ergo &c.

Ad quartum, respondetur nō esse verum, quòd Dominus Hippolytus fuerit gratiatus de crimine falsi: quia immò fuit punitus ratione cuiusuis assertæ suspitionis, quæ potuisset forsan contra illū adduci ex causa asserti vsus, & assertæ mutationis dierum dictarum tenutarum,quia fuit facta sibi remissio per superiorem tenētem locum principis in ciuitate Bonon.qui quamcunque pœnam,in quam dici potuisset dictum Dominum Hippolytum incurrisse rationibus prædictis,& quodcunque assertum crimen,& omnem futurā molestiam ex causa dictæ compositionis,& solutionis dictarum pecuniarum eidem remisit,& mandauit illum amplius non molestari,vt patet ex tenore dictę supplicationis,& illius re-
17 scripti † quæ omnia fieri potuerunt,& facta valent,& tenent & nullus etiam mediocriter eruditus in iure aliter diceret, quia prædicta probantur ex iuribus,& decisionibus apertissimis,vt patet ex dicta.l.rescripta in fi.C.de prec. imp. offer. & per glo.& Doct.præcipuè Ias.qui signāter loquitur de huiusmodi compositionibus in dicta.l.venia C.de in ius vocando,& per alia supra in præcedenti responsione adducta.vltraque modo addo,quòd dixit Par.de put.in tract.sindic. in versi.compositio in.2.col.ꝙ possunt fieri huiusmodi compositiones,& ꝙ consuetudo illas approbat,ergo sunt tollerabiles secundū eum,quod dicit esse intelligendum,quando sumus ante sententiam,& dum res non est liquida,vt per eundem Par.in dicta.2.col.parum post principium:quia tunc (dicit ipse) iudex potest augendo,vel minuendo,pœnam à lege statutam commutare,& ut Latius ibi per eum.dixit quoque Grilan.in suo tract.de relaxat.carcer.sub Rub.de pœnarum compositionibus in prima col.num.3.iuxta magnā im-
18 presionem,ꝙ † compositio est conuentio quædam per reū

cum præside facta &c.& magis infra in ead. col. sub num.7.
19 dicit † q; dicitur conuentio facta cum præside ad differentiã illius, quæ fit cum parte aduersa: nam illa propriè appellatur transactio l.transigere C. de transact. & in cap.2. sub eadem
20 Rub.num.4.ait, q; † huiusmodi compositiones speciem quã-dam gratiæ in se continere dicuntur, per quas fama illæsa conseruatur, & proprij criminis pœna minuitur, & in cap. se-
21 quenti incip. Tertio quæro in.2.col.sub nu.3.dicit † quòd iudex habet arbitrium à lege minuendi alleuiandi, & in aliam speciem commutandi pœnã, & Dominus Aegid. Bos. sub dicta Rub. de remedijs ex sola clementia principis contra sententi.pag.581.nu.23. asserit se colligere ex allegatis per eum
22 ibi supra, quòd est in manu principis omnis pœna. quia † potest prout vult remittere non solum bona, & pœnam pecuniariam, sed etiam corporalem absque consensu, & pace offensæ partis. allegat text. in l. relegati. ff. de pœnis in fin. cum glo. & And. de Iser. & Afflict. in constit. regni, & plura alia etiam maiora dicit, & ad casum istum conferrentia, & inter alia sub nu.25. inquit, quòd in ducatu Mediolani, vbi multũ rigorosè proceditur: quantum ad interesse partis ex cõsuetudine ibi allegata eo in loco vigente; Tñ in pęnis pecuniarijs, via cõpositionis, pœna reddigitur ad minorẽ sumã, sine pace partis. quod est valde notandũ in casu de quo agitur, quia dato, & nõ concesso, q; dictus D. Hippolytus mutari fecisset dies dictarum tenutarum, & illis usus fuisset, & quòd proba-
23 ta fuisset asserta falsitas illarum † non tamen incurrisset pœnam nisi pecuniariam, vt in dicto statuto. de pœna falsorum testium &c. & faciunt ad prædicta notata per Bart. in l. quid ergo. §. item grauior. ff. de his qui not. infamia.

Dum autem dicit aduersarius, quòd ius commune disponit non posse gratiari (vt verbis eius vtar) parte inuita. l. trãsigere. C. de transact. dicitur esse aduertendum, quia cõfundit terminos: nam si vult dicere iudicem non posse componere cum accusato, & illi pœnam minuere, vel commutare non præiudicando ipsi parti accusanti, vel interesse prætendenti, hoc est falsum, vt patet ex prædictis, & probatur ratione, nam esset absurdum, quòd superior non posset de pœna fiscum tangente, & ad vindictam publicam spectante liberè disponere velle suum, & quòd esset in arbitrio partis contra dicentis

dicentis impedire ipsum superiorem disponere de rebus ad eius administrationem spectantibus. & certè quamuis multũ perquisiuerim & multa inuenerim in hac materia: non reperij tamen aliquem hoc dicentem, sed benè reperij Paul. de Cast. in l. venia in princ. tenentẽ in contrarium: Aut vult intelligere de vera transactione, & tunc verba illa fuerunt erronea, quia translactio fit vtraque parte volente, & in casu occurrenti nulla aderat pars, quia nulla lis tũc adhuc mota fuerat contra Hippolytum, quando facta fuit dicta compositio, vt sæpius dixi.

Prout nec est verum, quòd super crimine falsi non sit licitum transigere: immò istud est contra illum text. ex aduerso allegatum in dicta. l. transigere in quo expressè proba-
24 tur † quòd in crimine falsi licitè transigi potest, & hoc ponitur pro fallentia ad illam. 2. regulam negatiuam, de qua in illo tex. & hoc passim tenent ibi omnes Doct. & in cap. primo. de collusione dettegenda. nemine contradicente, quem viderim, reddentes rationes dictę fallentiæ, vt ibi per eos, inter quas redditur illa, videlicet, quia fama hominis ad nihilum reddigitur propter illud crimen, & illi, qui illud patrauit, melius est mori, quàm viuere, & ideò æquiparatur casus iste casibus in quibus venit ingerẽda pœna sanguinis, in quibus procul dubio est permissa trãsactio, prętetquàm in adulterio, & ex his apparet quàm sit erroneum dictum aduersarij in hoc, qui simpliciter secutus fuit Parid. de Puteo in loco per ipsum citato, qui non firmat illud: immò potius impugnat, vel saltem declarat, & non curauit videre Tex. & Doctо quos si vidisset non errasset, vt fecit, in terminis: dicens contra tex. expressum, & clarum.

Ad quintum dicitur, ꝙ in quantum aduersarius præsupponit, ꝙ tempore supplicationis iam fuisset de falso oppositum: hoc est mœrum mendatium, quia nunquam ostendet aliquam oppositionem, accusationem, vel inquisitionem de
25 falso tunc fuisse factam. Ex quo sequitur, ꝙ non est verũ † ꝙ Dominus Hippolytus renunciando dictis tenutis, prout renunciauit in supplicatione prædicta, illas pro falsis videatur habuisse, & seu illas falsas confiteri, & ad hoc adduco doctrinam Bal. in dicta. l. si aduersarius, quæ non posset facere melius ad propositum. nam ille text. (prout ipse Bal. præsuppo

nit in initio ibi quæro, quæ est ratio huius.l.) procedit quã do dicebatur per aduersarium producentis instrumentum illud esse falsum. modo quærit Bal. in. ij. col. sub num. iiij. quid si non opponatur aliquid contra instrumentum: sed producens cœpit timere, et renuntiauit? respondet, ꝙ non
26 præsummitur falsum; quia † illud, quod non obijcitur, nemo fateri uidetur. secundũ Gulielmum de Cunio & Cy. & subdit istud esse menti tenẽdum, quando statutum dicit, ꝙ bannitus habeatur pro confesso, quia est verum in intentatis in banno, secus in non intentatis, & ideo (secundum eum) forma banni est diligenter intuenda.

Secundo adduco doctrinam Paul. de cast. in eadem. l. in 1,
27 notabili, vbi notat illum tex. et illius dispositionem † procedere, quando renuntiatio fuit facta in iuditio, vt dicit patere ex principio illius tex. dum dicit, apud acta, & ꝙ secus
28 † est, quando extra iuditium fit renuntiatio, & dicit se dixisse in authentica iubemus. C. de iuditijs, Et verè dixit in simili, ꝙ renuntiatio facta probationibus, & allegationibus, de qua habetur in dicta authẽtica, valet, si facta fuit in iudi-
29 tio † secus verò si extra iuditium fiat, cui addo Ruy. in consi. 164. in. 5. vol. col. 6. nu. 13. vbi concludit, ꝙ ad hoc, vt renuntiatio prosit aduersario, debet esse facta præsenti, & acceptanti, vel iudici recipienti pro parte absente, & ꝙ est ne-
30 cesse constare, ꝙ iudex velit absenti acquirere. & ita † procedit. l. postquàm liti. C. de pact. exaduerso pro simili allegata: sed in casu nostro illa renuntiatio fuit facta extra iuditium ergo &c. Dixit etiam idem Paul. de cast. in dicta. l. si aduersarius circa finem, in vltimo notabili, illud, quod dixit Bal. ibi
31 dem videlicet, † ꝙ si non allegatur instrumentum suspectum de falso: renuntiando usui, renuntians non censetur fateri ipsum fore falsum, licet non poterit vti, si confessus est se non usurum, & sic latius declarat illud dictum Bald. & notat Glo. ibi hoc velle.

Vnum tamẽ est sine dubio videlicet, ꝙ stante dicta renun
32 tiatione spontanea dicti Domini Hippolyti † ipse non potuit accusari, nec quærelari de asserto usu, prout tamen perperam factum fuit, vt est tex. in l. si falsos C. ad l. Cornel. de falsis & ibi glo. magna propè finem. & glo. finalis in dicta l. si aduersarius maximè, cum non sit probatum modo aliquo,

ꝙ dictus

ꝙ dictus Dominus Hippolytus dictas tenutas falsificari,& in illis dies mutari fecerit,vt supra declaraui.
Et per ista manifestè patet,ꝙ frustatoriè totiens,& totiens replicauit aduersarius in suis allegationibus, ꝙ dictus Dominus Hyppolytus est solitus vti falsis instrumentis, intelligendo de asserto vsu dictarum tenutarum : quia talis assertus vsus, stante dicta spontanea, & licita renuntiatione per eum facta, non est habendus in aliqua consideratione,nec operatur aliquem præsumptionem malam contra dictum Dominum Hippolytum : sed potius ostendit eius bonum animum immaculatum,& innoxium .
Ad sextum,dum videtur velle refricare in dubium authoritatem superioris, circa derrogationem asserti statuti,replicando,quòd iste est de casibus,de quibus transigi non potest cum curia &c.non curo aliter respondere,quia nō fuit neccesse derrogare dicto statuto,quod non obstat dicto Domino Hippolyto,cum loquatur in casu diuerso , vt supra dictū fuit , & quia supra fuit demonstratum esse erroneum dicere transigi non posse; dato sine veri præiuditio , quòd essemus in crimine falsi,& quatenus opus esset de facili posset respōderi consi.165.Dec.& ostendere illud loqui in casu diuerso, & in quo agebatur de derrogando priuilegio concesso miserationis causa,& pro alimentis, & multa alia concurrebant in casu suo,quæ non concurrunt in casu nostro : sed vt dixi non expedit per prædicta , contra quod tamen poterit videri Crau.in consi.126.nu.7.de quo etiam infra.
Ad vltimum obiectum,dico de illo parum , vel nihil esse curandum ; attento quòd hic non agitur de interpretatione alicuius priuilegij, vel gratiæ in rei veritate , neque de verbis dubiis gratiæ,seu priuilegij,vt loquuntur tex.& Doct. in dicto c.cum venissent . de iuditijs.
Sed pars aduersa opponit de subreptione compositionis, & de illius inualiditate,stante dicto statuto per eam allegato, quæ oppositiones potius concernunt totalē destructionem dictæ compositionis,quàm verborum illius interpretationem: & ideò non intendo vlterius immorari in istis ad rē nostram non facientibus : quibus oppositionibus de subreptione,& de dicto statuto puto satis supra fuisse responsum, dum ostensum fuit,quòd taciturnitas illa, quòd tenutæ fue-
 rint

Dec. 165. ex aduerso allegatum, & de quo supra, bonis iuribus, & rationibus: Ex quibus apparet friuolè fuisse oppositā dictam compositionem, & similiter apparet, quòd non potuit, nec potest, neque debet de iure procedi contra dictū Dominum Hippolytum, qui iam fuit punitus, & pœnā luit quantumcunque pœnitus innocens esset à quocunque crimine, vt quietem redimeret, & molestationes curiæ euitaret per solutionē illorū quindecim scutorum factam per eū depositario cameræ, quia successerunt loco cuiuscūque pœnę, & de illis assertis delictis in dicta compositione compre
34 hensis, quia † de eisdem criminibus sæpius quæri non potest, vt dicunt Par. de put. & Gril. in locis præallegatis, licet re vera ipse pœnam aliquam non incurrisset, & esset innocens, vt supra ostensum fuit: quia præsupposito etiā pro vero asserto vsu dictarum scripturarum, & similiter, præsupposita pro vera illarum asserta falsitate, tamen stante renuntiatione illis facta per eum re integra, & antequàm fuisset accusatus, quærelatus, vel inquisitus, seu citatus, de & pro asserta falsitate, contra eum criminaliter procedi non potuit, nec potest, dicta. l. si falsos C. de falsis, & ibi glo. & Doct. in dicta l. si aduersarius, C. de fid. instrum. & vt supra latè deductum fuit.

SVMMARIVM.

1 Statuta Bononiæ censentur condita à sede apostolica, cum eius auctoritate, & ab illius vices gerente resformata fuerint, & noua respectiuè ædita.

2 Magis dignum trahit ad se minus dignum.

3 Principale trahit ad se accessorium, & qualitas potentior minus potentem.

4 Et iam legatus de latere non potest statuta condere contra ius commune.

5 Auctoritas non præsumitur, nisi probetur, cum sit quid facti.

6 Licet Supremus princeps præsumatur habere omnia iura in scrinco pectoris, tamen hoc non procedit in statutis localibus aliquid contra ius commune continentibus.

7 Qualitas legationis non præsumitur, cum sit accidentalis.

8 Argumentum sumitur ab his, quæ communiter fiunt.

9 Ad derrogādum statutis auctoritate apostolica conditis, & approbatis, requiritur commissio specialis ipsius sedis apostolicæ.

10 In requirentibus specialem commissionem, non creditur legatis.

11 Geminatio literarū habet uim motus proprii.

12 Per expressionem certæ scientię in literis, ipsa sciētia certa probatur

13 Factum ex certa scientia Principis, in dubium non potest reuocari.

14 Et idem est, quando in literis confirmationis apponitur clausula,

Non obstante, uel quando secunda iussio emanauit.

15 Quando Papa mandat aliquid inuiolabiliter obseruari, satis dicitur ex certa scientia factum.

16 Sacrilegium est Principis præcepta negligere.

17 Necesse est, fieri quod Papa præcipit.

18 Et adeo est efficax præceptum huiusmodi, quod illi nõ potest per partes renuntiari.

19 Vbi adest præceptum Papæ, consensus partium in contrarium nihil operatur.

20 Quando statutum requirit aliquod ante factum, vel in fieri, si omittatur, actus est ipso iure nullus.

21 Cõcessio facta in literis, in quibus reperitur clausula Nulli ergo Hominum &c. dicitur facta per modum legis, tantum operatur dicta clausula.

22 Verba clausulæ Nulli ergo hominum &c. important pœnam arbitrariam, & comminantur priuationem beneficiorum.

23 Præceptum Papæ est præcisum, & necessitatis.

24 Factum à Papa, reputatur factum à Deo, quia est successor Petri, & Vicarius Christi.

DECIMONONO, est aduertendum, quia dum pro parte Domini Hippolyti allegabantur confirmationes statutorum, in quibus clarè habentur infrascripta omnia, Et in primis, quòd Papa in illis mandat expressè, quòd in modo procedendi, cognoscendi, videndi, terminandi, & decidẽdi, puniendi, & mulctandi, in quocunque foro, & à quocunque officiali, tã ordinario, quàm extraordinario statuta omnia ipsius ciuitatis obseruentur, & postea subdit ipse Pontifex, & si aliqua contra præmissa &c. attentari continget, nullius sint roboris, vel momenti &c. Demum circa mediũ subdit, quodq; statuta omnia dictæ ciuitatis & c. approbamus, & confirmamus, ac de cætero inuiolabiliter obseruari mandamus. Deinde magis inferius habẽtur hæc verba videlicet. Auctoritate apostolica, & ex certa nostra scientia, ac potestatis plenitudine, tenore præsentium statuimus, & ordinamus. Et postea in fine ipsarum confirmationum habentur hæc verba videlicet: Præmissaq; inuiolabiliter obseruari, ac vt vim contractus &c. decernimus. Deinde etiam subsequitur. Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, nec non statutis, & dictæ ciuitatis stilo, & cõsuetudinibus omnibus, tâm præsentibus, quàm futuris, ac prouisionibus apostolicis, & alijs etiam dilectorum filiorum &c. Et tandem subsequitur specialis derogatio per hæc verba videlicet, Specialiter, & expressè derrogamus: Et vt prædicta omnia leguntur in dictis confirmationibus, & maximè in illa

in illa, quæ est impressa in calce statutorum ciuilium nouæ impræssionis, & interrebatur, quòd per contenta, & disposita in dictis cōfirmationibus, fuerat sublata, & abrogata asserta prouisio Ioannis de alimentis de nigris, quæ adducebatur contra nos: asserendo per illam fuisse sublatam dispositionem statuti, præscriptionem inducentis, & etiam inferrebatur, ꝙ stantibus dispòsitis in dictis confirmationibus, vltra disposita in conclusione ipsorum statutorum, dicebatur esse sublatus assertus stilus, & asserta consuetudo, quæ ex aduerso asserebatur extare, ꝙ non præstabatur juramentum per quærellantes: quod esse verum manifestè patet ex lectura verborum dictæ confirmationis supra relatorum, & registratorū

Respondetur ex aduerso, quòd dictæ confirmationes non obstant ipsi parti aduersæ, quia (secundum respondentem) sunt in forma communi, & consequenter nihil faciunt. per ea quæ dixit Bero. in. q. 50. & quòd quicquid sit, non censetur confirmare statuta nulla, & quæ non sunt moribus vtentium recepta, nec in viridi obseruantia, subdens, quòd iuramentum non fuit petitum pro parte nostra, & statutum debet intelligi, si petatur, & sic refert fundamentum nostrum esse vanum, vt in sua vltima allegatione, nu. 14. & 15.

Item in alia incipiente In causa fratris mei Romuli &c. numer. 15. dicit: quòd licet Pontifex Iulius secundus confirmauerit statuta huius ciuitatis, vt in dicta confirmatione, in calce statutorum: non tamen (secundum eum) derrogauit prouisionibus, & statutis promulgatis à legatis à latere, vel ab alijs habentibus huiusmodi potestatem, maximè quia prouisio, de qua ipsi loquuntur, est inserta in vol. statutorum &c. & cum ita sit: dictus Pontifex dicitur etiam illam confirmasse eodem tempore, quo alia confirmauit &c.

Et quia vidi nunc, & aliâs, plura scripta per Doct. in consilijs eorum super istis confirmationibus apostolicis, quæ sæpius allegantur in palatijs, Iccirco operepretium duxi, hanc materiam Latius exordiri; cum viderim, factū, à multis ignoratum, causam dedisse multiloquijs.

Dico igitur esse præmittendum illud, quod uerum est, scilicet, quòd statuta nostra omnia, tam ciuilia, quàm criminalia, quæ insimul compaginata in vno, & eodem volumine habentur in camera actorum communis Bononiæ, in qua cō

seruantur

seruantur, De anno Domini. 1454. fuerunt refformata, & per olim verè felicis memoriæ Illustrissimum, & Reuerendissimum Dominum, Dominum Cardinalem Nicenum, tunc nedum sedis apostolicæ de latere legatum, verum etiam dictæ sedis Vicarium in ciuitate Bononiæ, illiusque comitatu, & districtu &c. cum amplissima facultate condendi, & refformandi statuta, & longe maiora peragendi: vt patet ex literis apostolicis suæ facultatis, hodie impressis ante statuta ciuilia immediatè post indicem rubricarum ipsorum statutorũ, æditis sub data Romæ apud Sanctum Petrum. Anno Incarnationis Dominicæ. 1449. tertio Calen. Martij. & vt de refformatione prædicta, & aliquorum noua æditione probatur ex literis dicti Domini Cardinalis; & Magistratuum Bononiæ videlicet, Dominorum Antianorum, & Dominorum de collegio ipsius ciuitatis: similiter impressis in loco præallegato immediatè post dictas literas apostolicas.

Quo præmisso dico, quòd (attento ꝙ talis refformatio, & respectiuè noua æditio fuerunt factæ auctoritate apostolica per præfatum Dominum Cardinalem:) non est verum dicere, quòd statuta Bononiæ sint statuta Laycorum, prout multi ex dictis Doctoribus dixerunt: quia 1 † immò censentur cõdita, à sede apostolica: cum ab illius vices gerente, & auctoritate illius omnia gesta fuerint, vt in dictis literis dicti Domini Cardinalis continetur. omnia enim nostra meritò facimus &c. l. prima. §. omnia C. de vet. iur. enuc. Nec præmissis reffragatur, quòd interuenerint dictis refformationi, & æditioni dicti magistratus Laycorum. Quia respondetur, quòd propter hoc, dicta statuta dici non possunt esse statuta Laycorum: quia 2 † magis dignum trahit ad se minus dignum c. quòd in dubijs, de consacr ecclesiæ, vel altaris. Et principale attenditur, & 3 † trahit ad se accessorium, & qualitas magis potens minus potentem. l. quæritur. ff. de statu homin. Marcus Mantua consi. 89. nu. 16. & 17. in primo vol. & sic in effectu sunt statuta apostolica: ea scilicet, quæ reperiuntur compaginata in libro ipsorum statutorum magno, existẽte in dicta camera actorum.

Ex hac declaratione intelligimus, quòd si quæ aliæ prouisiones postea factæ fuerunt per aliquos, quæ non sint in illo volumine, illæ non dicuntur esse, nec possunt appellari statuta

tuta communis Bonon. sed sunt prouisiones extrauagantes, quæ appellatione statutorum non veniunt: & multotiens fiunt de facto, absque eo, quod constet condentes habere facultatem illas condendi. Nam habemus, quòd † etiam legatus de
3 latere non potest condere statuta contra ius cõmune: Alex. consi. 17. in 4. uol. Crot. in rep. l. omnes populi. de ius. & iur. col. 6. nu. 22. qui etiã nu. 23. dicit, & probat auctoritate Bart. & Bal. quòd inferiores non possunt statuere, nisi cum consensu regentium ciuitatem, quod est notandum ad propositum nostrum.

Secundo principaliter est sciendum, quòd statuta ciuilia, quibus quotidie vtimur, fuerunt extracta dudum ex dicto libro magno statutorum in camera prædicta existente, & fuerunt impressa, vt in prima impressione, quã nunc antiquam vocamus, & postea denuò impressa fuerunt additis appostillis, & alijs, vt in eis apparet.

Item similiter ex eodem libro magno existente in camera, fuerunt extracta statuta criminalia: quæ primo loco etiã separatim à ciuilibus fuerunt impressa, prout iacent in dicto libro, & deinde fuerunt de nouo impressa in ea forma, quàm communiter habemus: sed illis fuerunt additæ quàmplures prouisiones, & proclamata, & prouisio registri, & alia super alienatione bonorum fumantium, & extensiones pactorum præcarij, constituti, pignorum, libelli, & alia extrauagantia, quæ nihil pœnitus faciunt ad materiam causarum criminalium, & istæ additiones factæ fuerunt per illum, qui imprimere fecit secũdo dicta statuta ex se, & sine auctoritate superiorum, ad effectum fortè, vt citius, & facilius allicerentur homines ad emendum dicta statuta per eum, siue eius sumptibus impressa, & si quispiam diceret, illum ea addidisse au-
5 ctoritate superiorum, deberet id probare: cum illa † auctoritas sit quid facti, & sic non præsumatur nisi probetur, iuribus vulg. Nec dicatur, quòd ex quo fuerunt diuulgata: Papa ad quem pertinet ædere statuta in ciuitate Bononiæ, præsumatur habuisse scientiam de illis, & ea rattificasse, & illis cõsensisse: Quia respõdetur, negando, quòd præsumatur scientia prædictorum in ipso Pontifice: immò Santitas sua præsumitur ignorasse tales assertas prouisiones particulares, & locales, quia etsi de iure Princeps supremus præsumatur habe-

re omnia iura in scrineo pectoris, vt in c. primo de constitut.
6 in sexto, tamen † hoc non procedit in statutis localibus, & particularium locorum, continentium aliquid contra, vel præter ius commune, vt notatur in dicto c. primo super glo. verbi (facti) Ideo stantibus præmissis nullus diceret, quòd tales prouisiones, quãtũcũq; impressæ post dicta statuta criminalia, & vnà cum illis in eod. vol. dicantur esse statuta cõmunis Bonon. Attento etiam, quòd non fuerunt æditæ secũdum quòd, & prout requiritur ex forma iuris, quia non interuenit consensus Magistratuum ciuitatis, quod maximè procedit in illa prouisione, de qua agitur.

Quimmò ipsemet author dictæ impressionis, animaduertit ad hoc: & distinxit dictas prouisiones, à statutis, vt patet fol . vbi adest specialis Rub. de prouisionibus, & alia sub his verbis videlicet Incipiunt prouisiones, & tamen ante illas ponuntur intitulationes, sub his verbis videlicet, Statuta criminalia. vt ab initio ipsorum statutorum, vsque ad fol. 50. inclusiue.

Præsuppono etiam vnum aliud in facto, quòd olim felicis recordationis Iulius secundus Pontifex Maximns (vt in eius literis apostolicis impressis in calce dictorum statutorum ciuilium nouæ impressionis apparet) ex causa remuneratoria, & in vim contractus nedum simpliciter, & ruditer (vt ita dicam) confirmauit statuta omnia ciuitatis Bonon. & sic tam ciuilia, quàm criminalia. Verum etiam dispofuit, in modo procedendi &c. puniendi &c. in quocunque foro, & à quocũque offitiali, & sic etiã in criminalibus statuta omnia dictæ ciuitatis obseruari, cum decreto irritanti; Et demũ rursus, & sic geminatè, magis infra in dictis literis, mandat ipsa statuta omnia dictæ ciuitatis, tunc de cætero inuiolabiliter obseruari, & illa approbat, & confirmat, & ea omnia facit auctoritate apostolica, & ex certa illius scientia, ac de plenitudine potestatis, Decernitque in vltima col. præmissa inuiolabiliter obseruari. Ac derrogat quibuscunque prouisionibus apostolicis, & alijs, pro sufficienter expressis, & insertis, illas habendo specialiter, & expressè: cum clausula, Nulli ergo hominũ liceat &c. & vt patet ẽt ex supra rellatis per me:

Postmodum idem Sumus Pontifex, existens in ciuitate Rauennæ, rursus dicta statuta omnia dictæ ciuitatis confirmauit,

uit,& obseruari mandauit,cum similibus derrogationibus. Quis igitur,attentis,& benè ponderatis prædictis, audebit dicere, quòd nòn fuerit derrogatum plenè,& totaliter asser tæ prouisioni illius Ioannis alimentis de nigris: adductæ cō tra nos in articulo præscriptionis? Certè qui hoc astruere vellet, multum deuiaret à veritate.

Nec obstat dum dicitur,quòd ipse Pontifex non derrogauit prouisionibus æditis à legatis à latere,vel ab alijs habentibus huiusmodi potestatem,quia hoc est ridiculum: Primo cum non constet,quòd dictus Ioannes esset legatus, immò in dicta asserta prouisione appellatur locumtenens, nec di-
7 citur cuius locum teneret,& † huiusmodi qualitas legationis,cum sit accidentalis, (esto quòd enuntiaretur in asserta prouisione) non præsumitur. ad notata per glos. & Doct.in c.si fortè.de elect.lib.6. immò potius ī casu nostro esset præsumendum contrarium: quia in dicta prouisione enunciatur Protosnotarius apostolicus,& videmus non mitti per sedem apostolicam aliquos tanquàm legatos ad gubernandū ciuitates,vel prouincias nisi Cardinales sint,& à latere Sum
8 mi Pontificis proficiscantur, & † argumentum summitur ab his,quæ communiter fiunt.l.certi.§ quoniam,si cert. pet.

Sed dato,quòd fuisset vnus ex istis: tamen adhuc ei in casu,de quo agitur, credendum non esset, si diceret se habere facultatem derrogandi statutis cōmunis Bonon. auctorita-
9 te apostolica conditis, vt supra dixi: cum † ad derrogandum statutis taliter æditis, & approbatis, requiratur commissio specialis sedis apostolicæ, vt cōsuluit Rom. alias allegatus in consi.37. Viso puncto,col.prima,in fin.versicu. 4. & vltimo:
10 quia &c. cui non fuit datum responsum. & † quando sumus in his,quæ specialem commissionem requirunt: ipsis legatis Cardinalibus non creditur: vt voluit Dec.plures decis. allegando in.l.j.col.2.nu.18.in prima limitatione.C. de mandatis Principum: multo minus igitur crederetur dicto Ioanni,de cuius auctoritate non constat.

Secundo,quia clarè patet ex verbis dictarum literarum,ꝙ dictus Sūmus Pontifex derrogauit dictæ prouisioni,& similibus: nam quod plus est,derrogauit etiam apostolicis,& postea subdit,& alijs. quod verbum verificatur in prouisionibus inferiorum,vt est clarissimum: cum iam expressisset de

 apostolicis,

apoſtolicis,quæ ſunt maiores,& digniores,Quòd ſi illis der
rogauit,quanto magis eſt dicẽdum S.S. derrogaſſe dictæ pro
uiſioni illius Ioannis? qui quis eſſet Deus nouit,& ſimilibus
obſtantibus,& quæ obſtare poterant obſeruationi inuiolabi
li dictorum omnium ſtatutorum,per Santitatem ſuam ſtatu
tæ,ordinatæ,& decretæ,ac mandatæ,etiam per verba gemi-
11 nata:& triplicata,& per binas literas † quarum geminatio ha
bet vim motus proprii,ſecundum Iaſ.poſt Bal.& alios ibi ad
ductos per eũ in l.nec damnoſa,col.2.C.de præc. Imp. offer.
& ſequitur Corn.in.l.fin.C.ſunt.reſcin.no poſſe.& cum alijs
clauſulis prædictis,videlicet,Ex certa ſcientia. De plenitu-
dine poteſtatis,& Non obſtantibus (vt ſupra dictũ fuit) Nec
poteſt dici, quòd dicta prouiſio fuerit confirmata, quia nõ
comprehenditur appellatione ſtatutorum cõmunis Bonon.
& illa inſertio, & impreſsio poſt illa, ſic vt ſupra facta, non
operatur,quòd effecta fuerit ſtatutum: nec alterat eius natu
ram, ex deffectu intentionis,& poteſtatis facientis.

Non obſtat dum dicitur, quòd confirmatio eſt in forma
communi, vt per Dominum meum Bero.q.50.quem ſequu-
tus fuit Dominus Pariſ.etiam præceptor.in conſi.106.vol.3.
in eod.caſu ſe ſubſcribens: Quia reſpondetur, quòd immò
dicta confirmatio Iulij,de qua in calce ſtatutorum, & ſupra
rellata,eſt in forma ſpecifica,& ex certa ſcientia facta fuit,vt
expreſſè dicitur in dictis literis,in quibus certa ſcientia ex-
12 primitur, per † quam expreſsionem, ipſa certa ſcientia pro-
batur,vt fatetur D.Alex.qui cõfirmationem impugnabat in
conſi.18.col.3.in fin.in 6.vol.& hoc in iſto caſu,quando illa
clauſula. Ex certa ſcientia,eſt expreſſa in literis,tenet, & la-
tiſsime firmat Dec.in conſi.341.viſo puncto in 2. volu. in.2.
col. vbi etiam ponderat ad iſtud propoſitum clauſulam. De
plenitudine poteſtatis: quæ etiam habetur in his, de quibus
13 agimus: ſubdens,quòd † factum ex certa ſcientia Principis
in dubium reuocari non poteſt, & quòd contra tale factum
quis non debet audiri: ſed illi perpetuum ſilẽtium imponi,
& idem dicit ponderando iſtas duas clauſulas ſupra addu-
ctas in conſi.463.in 3.vol.nu.15.& 16.& idem tenuit Gram.
in deciſ.59.nu.33.& 34.& Ruin.in conſi.175. in primo volu.
col.pen.nu.19.cum pluribus ſequentibus,& Dec.in Rub. de
:4 confir.vti.vel inuti.in pen.col.nu.5.vbi etiam dicit, † idem
eſſe,

eſſe, quando clauſula. Non obſtante, apponitur in literis cõfirmationis, vel quando ſecunda iuſsio emanauit, quæ omnia interuenerunt in caſu noſtro, & latius firmauit idem Dec. in c. porrecta eo. tit. vbi poſt Abb. ponit modos, quibus certa ſcientia probatur, nu. 4. in col. fin. & idem voluit præfatus Dominus meus Bero. in c. primo, eo. tit. nu. 29. & 30. Vbi
15 clarè prædicta comprobat, & inter alia ſubdit, quòd † quando Papa mandat inuiolabiliter obſeruari, ſatis dicitur facta ex certa ſcientia, quod etiam interuenit in caſu noſtro (vt ſupra retuli) etiam geminatè, ex quibus patet de veritate eius, quod dixi ſupra, videlicet, quòd dicta per aduerſarium contra nos circa iſtam confirmationem non ſunt vera: Et volui iſta dixiſſe pro declaratione terminorum, quamuis in caſu noſtro non ſint multum neceſſaria, quia hic non agimus de probando, q; dicta cõfirmatio validauerit aliqua ſtatuta nulla, vel ad ſtatuta nulla ſe referrat, vt multotiens loquuntur in ijs terminis Doct. conſulentes contra confirmationẽ ſtatutorum noſtrorum, nec etiam agimus de oſtendẽdo, quòd dicta confirmatio operetur, q; perſonæ aliàs non comprehẽſæ in aliquo ſtatuto, vigore dictæ confirmationis comprehẽdantur, vt ita loquũtur Domini mei Bero. & Par. in locis præallegatis, de quorum dictorum veritate, hic examinare non expedit, licet contra illa multa dici poſſent, & quidem releuantia:

Et certè plusquàm friuolum eſt dicere, ſtatuta per nos allegata in articulo de præſcript. & de iuramentum præſtando eſſe nulla, vel non eſſe moribus vtentium approbata.

Tum quia de poteſtate dicti Illuſtriſsimi Cardinalis Biſarionis, condendi, & refformandi talia ſtatuta, non eſt hæſitãdum: quia illa patet ex literis apoſtolicis Nicolai Quinti Pontificis Maximi, cuius vices geſsit idem Cardinalis in hac ciuitate, impreſsis in loco præallegato, & maximè cum ad refformationem, & æditionem dictorum ſtatutorum, & ad illorum publicationem, proceſſerit ipſe Illuſtriſs. Dominus Cardinalis, cum conſenſu Magiſtratuum huius ciuitatis, totum populum repreſentantium:

Secundo, quia in concluſione ipſorum omnium ſtatutorum, quæ habetur impreſſa in vol. ſtatutorum ciuilium nouæ impreſsionis fol. 186. in §. Poſtremo ordinamus. qui habetur

fol. 191. expressè cauetur, ꝙ omnia ipsa statuta, & in eis contenta, semper censeantur, & præsumantur, & sic semper esse, & censeri voluerunt statuentes, in viridi obseruantia, ac pleno valore, & vigore, non obstantibus vsu, more, stilo, & consuetudine, &c. Quibus omnibus contrarijs ijdem statuentes derrogauerunt, & quæ conclusio est communis etiam ad statuta criminalia, vt probatur ex inspectione voluminis ipsorum statutorum, in camera actorum existentis, in cuius voluminis calce reperitur dicta conclusio.

Tertio, quia quando publicatio statutorum fuit solemniter facta, vt in casu nostro, tunc statuta ipsa præsumuntur vsu, & moribus vtentium recepta, vt per Goz. in consi. 16.

Quarto, quia attento, ꝙ Iulius Pontifex secundus in dictis suis literis confirmationis dictorum statutorum, & aliorum, de quibus in eis, mandauit dicta statuta inuiolabiliter obseruari, cum clausulis de quibus in dictis literis, quæ cum fuerint geminatæ Motum proprium ipsius Papæ important, & cum illa clausula, Nulli ergo hominum &c. Dicitur, ꝙ nullus debet esse tam audax, qui dicat nolle vti, & recipere dicta statuta in obseruantia, quia scriptum est, quòd qui non obedierit Principi, morte moriatur, scilicet æterna, vt per
16 Alex. in consi. 102. vol. 4. in fine, & † sacrilegium est, Principis præcepta negligere, vt inquit Lucas de pen. in l. prima C.
17 vt dignitatũ ordo seruetur lib. 12. Necesse † est enim fieri, illud, quod per Papam præcipitur. c. in his. de verb. signi. glo.
18 in verbo oblatos, in clem. 2. de appell. Et adeò † efficax est tale præceptum, ꝙ illi non potest renuntiari per partes, etiam cum iuraměto, licet aliàs quis fauori suo renuntiare possit, vt per Ias. in Rub. de act. nu. 21. quod est notãdum; & cui ego addo, ꝙ idem dicendum est propter decretum irritans existens in dictis literis, ibi, Etsi aliqua contra præmissa, &c. nul-
19 lius sint roboris vel momenti, &c. quia † vbi illud adest, consensus partium in contrarium nihil operatur, vt latè per Barba. in consi. 70. in 3. vol. in 4. col.

Et ex his, patet etiam responsum ad illud, quod exaduerso dicebatur contra statutum requirens iuramentum accusatoris, seu quærellantis tempore porrectæ accusationis, & quærellæ, & quòd non est bona illa euasio, dum dicitur, ꝙ nõ obseruatur, per prædicta: Nam quotiens non obseruatur tot nul-

nullitates processuum cōmittuntur, & potest dici illud vulgatum videlicet, ꝙ allegare inconueniens, non est soluere.

Prout etiam non obstat, dum dicitur, ꝙ iuramentum non fuit petitum pro parte nostra, cum tamen statutum disponens aliquid fieri intelligatur si petatur, vt per Ias. in l. vniuersa. C. de prec. Imp. offer. quia respondetur, ꝙ statutum de quo agitur nō recipit, nec recipere potest illum intellectū, nec illam subauditionem, ex quo voluerunt statuentes, ꝙ querellans, tempore productionis quærellæ iuret: quo tempore non potest peti iuramentum per quærellatum, qui tūc ignorat quærellam, & animum ipsius quærellātis, & sic ignorat factum, quod licitè potest ignorare; vnde statuentès censentur astrinxisse quærellantem ad iurandum sua sponte, ad hoc vt sua quærella valeat, & admittatur per iudicem, & in istis terminis loquitur Bal. in dicta l. vniuersa. in prima col.
20 versi. Ego vltra &c. vbi inquit † ꝙ quando statutum requirit aliquid ante factum, vel in fieri, si ommittatur, actus est ipso iure nullus, quia videtur forma substantialis, & idem tenet Cep. in consi. 35. inter ciuilia.

Vltimo sciendum est, ꝙ dicta clausula, Nulli ergo homi-
21 num &c. de qua in dictis binis literis, est † tantæ importantiæ, vt concessio facta in illis, in quibus illa reperitur inserta, dicatur facta per modum legis, & sic tollat præcedentem dispositionem, in qua adest clausula derrogatoria, ita tenet Ruinus in consi. 226. col. 2. nu. 4. vol. primo. Et dicit Marf. in
22 singu. 559. inter noua, ꝙ † verba illius clausulæ importāt pœnam arbitrariam; & comminantur priuationem beneficiorum, & alios allegat de dicta clausula loquentes. Idem tenet Dec. in c. prudentiam. §. primo, in glo. super verbo Arguendus, de officio delegati: Et Bermondus. in tractatu de publicis concubinarijs pag. 286. circa finē, vbi etiam dicit paulo
23 lo ante, ꝙ † id quod præcipitur per Papam est præcisum, & necessitatis & si cōtemnatur inducit peccatum mortale, & plures authoritates ad hoc allegat, Et quamuis istis temporibus multi hæc paruifaciant, & contemnant, hi tamen profectò, non bene saluti propriæ consulunt, nam ego diebus meis vidi multotiens iustum Dei iuditium, tales ad nihilum redegisse, quia veritas est, ꝙ Deus non irridetur, & Papa vi-
24 ces Dei, non autem puri hominis gerit in terris, & † factum ab eo

ab eo reputatur factum à Deo, quoniam ipse est successor Petri, & Vicarius Christi, vt inquit Bermondus in dicto tracta. pag. 285. in fine versi. hoc enim præceptum &c. & Dec. in dicto consi. 341. viso puncto &c. nu. 8.

SVMMARIVM.

1 Instrumentum confectum ante condemnationem Notarij, ex huiusmodi condemnatione subsecuta non vitiatur.

2 Omne notorium facti transeuntis est probandum.

3 Affinitas excusat quem à præsumptione, quæ aliàs contra eum posset oriri ex rettentione delinquentis in domo sua.

4 Si quis fuerit per triennium bonæ vitæ, licet antea fuerit criminosus dicitur effectus nouus homo, & est perinde, ac si nunquam crimē comisisset.

5 Et ex hoc satis dicuntur purgata vitia, & delicta præterita.

VIGESIMO, & vltimo. non possum continere: quin respondeam quibusdam, tam ab re, & contra veritatem iuris, & facti, ex aduerso deductis, vt nihil supra, & valde mirandum est; ꝙ deducens ad ea non animauerterit, maximè dum faciunt contra se de directo in multis, nisi excusetur, per l. quicquid calore. ff. de reg iur. cum ibi notat. Quo tamen casu ei obstaret. c. si quis iratus. 2. q. 3. allegat enim cōsil. Paul. de cast. 103. ponitur in facto &c. in noua impresione in. 2. parte per totum: qui loquitur in casu, quo agebatur de instrumento confecto per Notarium condemnatum de falso ante confectionem talis instrumenti: immò dicit expressè
1 in prima col. in fine. Quòd † si Notarius, post instrumentum confectum, fuisset ita condemnatus, instrumentum ex hoc non vitiaretur, licet in initio 2. col. subdat: se putare, quòd ex hoc reddatur instrumentum aliqualiter suspectum; quia, (dicit ipse) ex præsenti resultat præsumptio in præteritum.

Sed ad hoc primo, est poderandum verbum aliqualiter: quod modicitatem, & leuitatem significat. Secūdo dicitur, ꝙ illa ratio non est vera: ꝙ ex præsenti in præteritum præsumatur, in istis malis, & delictis: quia repugnat talis præsumptio primæuo statui naturæ hominis, vt supra deduxi, & est communis opinio: item in casu dicti Pauli constabat illum, qui produxerat instrumentum, quàmplura falsa instrumenta fieri fecisse, & illis vsum fuisse; vt patet in initio dicti cōsi.

103.

103. in positione facti, in principio primæ col. & i 2. col. sub nu. 2. sed hoc non concurrit in casu nostro, vt patet ex supra deductis: ergo cessat illa præsumptio, quæ vbi extaret, non tamen posset dici falsum instrumentum: sed ei non staretur quo ad plenam fidem, nisi per producentem purgaretur illa suspicio: vt clarè dicit ibi Pau. de cast. in fi. dicti consi. Videat igitur vnusquisque, si illud pulcrum consi. per aduersarium inuentum, faciat pro eo nec ne: consideratis facto, & iure.

Secundo dixit author ille, ꝙ præsumitur contra accusatũ: quia fuit receptator delinquentium, allegat Saly. in l. j. C. de rap. virg. Cep. consi. 20 num. 9. & l. 1. de recep. Ad hoc dicitur, ꝙ Cep. nil dicit in dicto consi. & nu. in lib. meo. & ꝙ Saly. loquitur in præstante opem, non autem in receptatore, & l. j. ff. de recep. procedit in receptante scienter, vt per glo. ibi, quæ dicit ignorantiam præsumi, nisi sit notorium, de quo nõ fuit probatum in casu nostro: vt probari debuisset exaduerso:
2 so: quia † omne notorium facti transeuntis est probandum, Bal. in l. cum fratrem C. de his quibus, vt indignis. & quidem de tempore assertæ receptationis probari debuisset, vt dictũ argumentum aduersarij concluderet, immò Hyppolitus in suis constitutis, cum iuramento interrogatus, respondit, ꝙ ignorabat falsitates per illos commissas, & quòd si sciuisset, non permisisset illos stare in domo sua: & sciendum est, quãtum ad hoc, ꝙ Angelus Nicola vnus ex delinquentibus prædictis erat sororius dicti Hyppoliti, vt etiam fatetur aduersarius in suis assertis præsumptionibus, & per sex annos ante habitabat in eius domo, vt probatur ex lectura processus, & rogauit Hyppolitum, vt permitteret Ser Balthassarem morari in eius domo per aliquot dies, & ita Hyppolitus, intuitu dicti eius sororij, eum retinuit in domo, ignorans factũ, quo casu, nulla oritur præsumptio contra ipsum, maximè considerata (vltra dictam ignorantiam) affinitate dicti Angeli
3 Nicolæ, † quæ etiam excusat, & deffendit eum à præsumptione, quæ forsan aliàs orta fuisset contra ipsum Hyppolitum, ad quod allego glo. in l. prima, C. de his, qui latrones occultauerunt.

Tertio dicit ille, ꝙ Hyppolitus clandestinè exportari fecit Margheritam in domum suam de nocte, & non permittebat aliquem alloqui eandem; Respondetur, hoc esse mœrũ

mendatium: quia si legatur attestatio Iulij Cæsaris Samachini pro curia; & ad instantiam quærellantis examinati: apparebit eum attestari, ꝙ ipse, dum illa defferebatur ad domum Hyppoliti eam associauit vsque ad, & in dictam domum, & in ea permansit, donec posita fuit in lecto, illiq; locutus fuit, offerendo se &c. Item si legatur processus: apparebit, ꝙ Hyppolitus interrogatus cum iuramento dicit, ꝙ Vincentius de Sellis pater uxoris Romuli, vnâ cum vno eius socio, accessit ad loquendum cum dicta Margherita, dum esset infirma in domo ipsius Hyppoliti, & quòd dictus Vincentius dixit non nulla verba erga dictam Margheritam, propter quæ ipsa deuenit in alterationem, in absentia ipsius Hyppoliti; qui postea accedens, vocatus ab eius vxore, dictum Vincentium increpauit: Quomodo igitur audet aduersarius dicere dictũ Hyppolitum prædicta clàm egisse, & noluisse aliquem illam alloqui?

Quarto, audet etiam negare, quòd testes quærellantis nõ dicunt (saltem plures ex eis) se habuisse, & habere Hyppolitum pro probo viro: quia non dico ego, quòd probent bonam famam, vt ipse reffert. In hoc nescio melius, & verius responsum ei dare, nisi ꝙ offero me, id ostensurum cum processu in manibus.

Quinto dicit, quòd illi testes quærellantis deponunt, ꝙ Hyppolitus erat malę famæ, & vitæ, & ꝙ committebat falsitates, furta, adulteria, & stupra. Ad hoc respondetur, ꝙ illi testes nequaquam deponunt concludenter prædicta, sed dicunt, quòd dici audiuerunt &c. & ideò nihil probant, maximè cũ non nominent, à quibus audiuerint, & hoc vltra alia, aliàs contra eos dicta, & opposita, præsertim in criminalibus, & arduis, in quibus requiruntur testes omni exceptione maiores: & probationes luce meridiana clariores (vt sæpe dictum fuit.)

Sexto dicitur, quòd Hyppolitus confessus fuit retinuisse meretrices, dum esset vxoratus, contra præcepta Dei, & sacrorum canonum. Sed respondetur, quòd debuisset allegare, in quo folio processus habetur talis asserta cõfesſio, quia vereor, ne dicat verum in hoc, ficut in cæteris: vt ex præmissis apparet, ad quod animaduertent Magnifici Domini Iudices: sed posito, (& non concesso) quòd verum esset, Hyppo

litum


litum fassum fuisse, se aliquando retinuisse aliquam meretricem: tamen nunc, & tempore inquisitionis, & quærellæ contra eum factæ, & formatæ; & ante saltem per quinque annos, & vltra, fuit homo bonæ vitæ, oppinionis, & famæ, vt deponunt plures testes pro eo examinati: qui videantur, quo ca
4 su † dicitur effectus nouus homo, & est perinde, ac si nunquã talia commisisset, c. ferrúm. 50. distinctione, cum ibi notat. per glo. & Doct. in princi. & est. optimus tex. in auth. de monachis. §. Si verò intra triennium. versi. Si vero is &c. ibi. Nam & si uitium in priori &c. vbi, si quis emendatam vitam duxerit, & in ea per triennium perseuerauerit: vitia præterita amplius ei imputari non possunt, sed purgata dicuntur. Quis enim erit tam audax, qui velit affirmare se sine peccato esse, vel fuisse? quando quidem scriptum sit. omnis homo mendax. & alibi; omnes declinauerunt, inutiles facti sunt, non est qui faciat bonum. non est vsque ad vnum. & Iustinianus inquit in illo tex. loco supra citato, ꝙ humana natura quoddammodo labitur ad delicta, vnde inferrendum est, ꝙ multi imputant alijs delicta, qui, veh illis, si discuteretur eorum vita: & meritò eis dici posset illud hyppocrita, eiice in primis trabem ex oculo tuo &c. Redeundo igitur ad propositum, dico, ꝙ ex quo per dictos testes de bona vita, & conuersatione Hyppoliti de præsenti, & ab annis saltem quinque, &
5 citra, probatum est, † satis dicuntur purgata asserta vitia, & delicta præterita, si de aliquibus ex aduerso probatum esset. per dicta iura, per quæ ita consuluit Rom. in consi. 235. vt præmissa &c. & decidit Ias. in l. si prius. de no. oper. nuntia. in nu. 43. versi. Tu ergo dic &c. vbi ad idem allegat Saly. in duobus locis idem tenentem. Et ideò infero ex ijs, quòd etiam ex hoc, vana est declamatio toties reiterata aduersarii cõtra Hyppolitum, ꝙ sit deploratus humilis malæ vitæ &c.

Superesset respõdere adductis ex aduerso in articulo præscriptionis, sed ne sim prolixior id ommitto: non tamen putet aduersarius, me in illo velle ei herbam dare, quia aliàs respondebo Deo dante, uerbo, vel in scriptis; at pro nunc hæc sufficiant, ommisis alijs, quæ potuissem adducere, & adducentur, si opus erit: ex quibus apertisimè, & luce meridiana clarius apparebit, aduersarium calumniosè egisse, & omnino debere succumbere, & hoc erit iustum Dei iuditium,

quia causæ criminales moueri deberent zelo iustitiæ, & pro veritate, non autem ad terrendum alios, ne iura sua prosequantur in causis ciuilibus, & ideò qui hoc faciunt, mœrentur repelli per legittimos tramites iuris, ut inquit Iustinianus in prohemio institutionum.

Laus Deo Opt. Max.

PRAESVMPTIONES AD FAVOREM DOMINI HYPPOLITI FACIENTES.



RIMA, quia constat, q̃ Domina Margherita verè condidit testamentum, de quo agitur, vt attestātur testes curiæ, & partis aduersæ, qui fuerunt præsentes confectioni, & audiuerunt.

Secunda, quia de dicto testamento fuit facta memoria in libro fratrũ sancti Martini, qui est intitulatus liber testamentorum.

Tertia, quia Dominus Hyppolitus, post celebrationem dicti testamenti per viginti dies, vel circa mortua dicta Domina Margherita, volens adhire illius hæreditatem cum benefsitio. l. & inuentarij, dictum testamentum insinuauit, & propalauit toti populo, fieri faciendo cridas publicas in multis locis publicis ciuitatis Bonon. maximè ad aringheriam, & in platea, & citando omnes creditores, & legatarios, & specialiter aduersarias vxores Romuli quærellantis, & eius fratris, & ista est maxima præsumptio carentiæ doli, & fraudis Domini Hyppoliti.

Quarta, quia idem Dominus Hyppolitus confecit inuentarium bonorum hæreditatis dictæ Dominæ Margheritæ, cõram Magnifico Domino Prætore pro tribunali sedente; coram quo verissimiliter aderant multæ gentes, vt adesse hora tali communiter solent, & adhibiti fuerunt ex neccesitate duo Notarij, tres vicini, & alij testes, & omnia facta fuerunt vigore dicti testamenti palàm, & publicè.

Quinta. Nam si ille Notarius, qui de eo fuit rogatus, commisisset falsitatem circa illud; profectò non est credendum, quòd retinuisset illam minutam, quam retinuit: vnà cum vero originali nitido, quod cõfecit, & subscripsit, & pro suo vero originali conseruauit, & ex illo copias sumpsit dandas tã Iulio Cæsari Samachino, quàm dicto Domino Hippolyto, vt in margine illius manu propria annotauit: licet dictam minutam nõ subscriptã aduersarius supponere nixus fuit loco veri originalis prædicti. Sed potius in casũ quo falsum com-

misisset illam minutam igni dedisset, ne appareret.

Sexta, & magna quidem est, ꝙ Notarius, in articulo mortis constitutus, & tortus, & in tali loco existens, in quo facillimè torqueri poterat: Interrogatus cum iuramento, fassus est se confecisse nonnulla alia instrumenta falsa: & non dixit de isto testamento aliquid: immò interrogatus in specie de isto, & ostensa ei illius copia, dixit, & affirmauit se illud uerè fecisse, & de uoluntate dictæ Dominæ Margheritæ.

Septima, quia cum Dominus Auditor Turroni tunc temporis inquisitionē, & indagationem acerrimam fecerit pro inueniendo ueritatem super hoc, in specie de ueritate, uel falsitate dicti instrumenti: iudicandum est eum usum fuisse omni diligentia pro illa inuenienda, & eruenda, quia de iure, pro facto Iudicis, & quòd fecerit sibi incumbentia præsumitur, maximè, quia adest coniectura, quòd aduersariæ, uel earum pater illum instigauerint, & illam copiam dicti testamenti eidem dederint.

Octaua, dictū testamentum à tempore mortis dictæ testatricis & citra, fuit tam per Iulium Cæsarem Samachinū: quā per dictas mulieres aduersarias uxores Romuli, & fratris in iuditio contra dictū D. Hyppolitū pluries, & pluries ēt simpliciter productū: & habuit effectum, & executionem circa exactionem legatorum & iam est lapsum multum tempus.

Nona, dictæ mulieres, uti legatariæ descriptæ in eodem testamēto, preuiis pluribus sententijs latis contra dictum Dominum Hyppolitum: iuditialiter exegerunt legata eis facta in dicto testamento.

Decima. dictæ mulieres, & earum pater, & legittimus administrator omnes scientiam habentes, etiam ab initio, de dicto testamento, numquā quærellarunt de asserta falsitate.

Vndecima. dicti Romulus, & frater prætensi mariti dictarum mulierum similiter non fecerunt uerbum aliquod de aliqua prætensa falsitate nisi postquam causa ciuilis pēdens in Rota inter eos, & dictum Dominum Hyppolitum, fuit in calculo ferrēdæ sententiæ, uel saltem propè tempus expeditionis.

Duodecima, quia sēper dubitarunt dicti Romulus, & frater, & Ser Ferrantes etiam alius frater eorum, de succumbentia cum Hyppolito: quod patet. quia in instrumēto dotis illarum

larum mulierum,in quo Ser Ferrantes se patrocinaturum litem contra Dominum Hyppolitum promisit: pepigerunt, q in casu eorum succumbentiæ, Vicentius pater illarum mulierum ad expensas concurreret.

Tertiadecima, quia idem Romulus quærellauit, seu detulit Dominum Hyppolitum de furto,& tamen non probauit aliquid de illo, nec apparet in processu de aliquo minimo inditio asserti furti, unde præsumitur etiam in reliquis calumniari, sicut in illo.

Quartadecima.quia Dominus Hyppolitus fuit diu dettẽtus in teterrimis terribilibusq; carceribus Turroni,& distortus,ac inuolutus,saltem per duodecim constituta: super interrogatorijs etiam captiosissimis à parte subministratis, & tamen Diuina fauente iustitia nihil pœnitus confessus fuit de intentione partis aduersæ,neque quod illam relleuet.

Quintadecima.quia pars aduersa diffisa de prætenso iure suo, cœpit recusare iudices,& primo recusauit Magnificum Dominum Marcum Antonium Aresium sub prætextibus friuolis,& non veris,& deinde nunquam quieuit,quærens semper hic,& in vrbe habere Iudices sibi placentes, vt patet excommissionibus,de quibus in processu, suspicans modò de isto, modò de illo,& vltimo loco obtinuit in vrbe vnũ: quo postmodum aliter vti noluit,licet sit vir probatæ fidei,& omni exceptione maior.

Ommisi (data opera) multas aliàs præsumptiones, & cõiecturas coadiuuantes validitatem, & veritatem dicti testamenti, quæ tamen colliguntur ex supra deductis.

Prætermisi quoque (data opera) respondere assertis præsumptionibus ex aduerso adductis quandoquidem ex superius descriptis responsa plurima ad illas habere liceat.

F I N I S.